

М. Й. Петришин, Г. М. Загайська

LEGAMUS ET EXERCEAMUS

2021



Міністерство освіти і науки України
Чернівецький національний університет
імені Юрія Федьковича

М. Й. Петришин, Г. М. Загайська

LEGAMUS ET EXERCEAMUS

Навчальний посібник



Чернівці
Чернівецький національний університет
імені Юрія Федьковича
2021

УДК 811.124(075.8)
П-30

*Друкується згідно з рішенням Вченої ради філологічного факультету
Чернівецького національного університету
імені Юрія Федьковича*

Рецензенти:

Назаренко О. Ю. – кандидат філологічних наук, доцент кафедри класичної філології Львівського національного університету імені Івана Франка;

Швед Е. В. – кандидат філологічних наук, доцент, завідувач кафедри класичної та румунської філології Ужгородського національного університету.

Автори:

Петришин Марта Йосипівна кандидат філологічних наук, доцент кафедри загального та германського мовознавства Прикарпатського національного університету імені Василя Стефаника.

Загайська Галина Михайлівна кандидат філологічних наук, доцент кафедри румунської та класичної філології Чернівецького національного університету імені Юрія Федьковича.

Петришин М. Й., Загайська Г. М.

П-30 **Legamus et exerceamus** : навч. посібник / М. Й. Петришин, Г. М. Загайська – Чернівці : Чернівецьк. нац. ун-т ім. Ю. Федьковича, 2021. 140 с.

ISBN 978-966-423-606-2

Посібник «Legamus et exerceamus» призначено для студентів гуманітарних факультетів вищих навчальних закладів, гімназій, коледжів та ліцеїв. Посібник складається з 45 текстів різного рівня складності, граматичних і тестових завдань, латинсько-українського словника.

УДК 811.124(075.8)

ISBN 978-966-423-606-2

© М. Й. Петришин, 2021

© Г. М. Загайська, 2021

© Чернівецький національний університет
імені Юрія Федьковича, 2021

Передмова

Латинська мова посідає особливе місце у підготовці майбутніх фахівців гуманітарного профілю. Вивчення латини не тільки розширює лінгвістичний кругозір студентів, збагачує мовлення крилатими висловами, сприяє розумінню та засвоєнню міжнародної наукової термінології, а й знайомить здобувачів освіти з історією та культурою античного світу, що давно стали надбанням всього людства.

Навчальний посібник «*Legamus et exerceamus*» складається з 45 навчальних текстів різного рівня складності. Розуміння тексту доступне студентам уже на початковій стадії вивчення латинської мови завдяки поступовому переходу від простих до складних речень. Авторки посібника пропонують тестові завдання на розуміння змісту прочитаного, питання до текстів, лексико-граматичні вправи. Робота з текстом сприяє збагаченню лексичного запасу студентів, розвитку навичок перекладу, розумінню латинських граматичних форм і конструкцій. Матеріал текстів містить інформацію про події, історичні постаті та міфи стародавнього світу. Тексти і завдання посібника частково укладені авторками, частково запозичені з інших видань. Посібник доповнює латинсько-український словник.

Хрестоматія буде доречним доповненням для контролю самостійної роботи студентів з латинської мови.

I. De Italia antiqua

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Italia terra Eurōpae in paeninsula magna sita est. In charta Eurōpae Italia formam calcei habet. Incolae Italiae plerumque nautae sunt. In Italia Roma est. Nota est audacia nautārum Romae. Lingua Lafīna lingua Italiae antīquae et incolārum Romae antīquae est. Roma non solum multis pugnis, sed etiam magnis victoriis clara est. Corsica, Sardinia, Sicilia Italiae insulae sunt. Natūra insulārum fecunda et pulchra est. Incolae Corsicae, Sardiniae, Siciliae agricolae et nautae sunt. Italia antiqua patria multōrum populōrum est. Praeter Romānos Etrusci, Galli, Sabīni aliique populi unā cum Romanis Italiam incolunt. Etiam Graeci octavō saeculō ante aeram nostram ex patria suā in Italiam et in insulam Siciliam veniunt. Multas colonias ibi condunt, oppīda pulchra struunt, suam novam patriam amant et Graeciam Magnam vocant. Roma etiam doctrīna et litteris clara est. Roma antiqua non solum linguae Latinae, sed etiam iurisprudentiae patria est. Magna est gloria Italiae antīquae.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту:

	Речення	Verum	Falsum
1.	Italia in insula magna sita est.		
2.	Incolae Sardiniae nautae sunt.		
3.	Roma multis victoriis clara est.		
4.	Graeci saeculo secundo ante aeram nostram in Italiam veniunt.		
5.	Graeci in Italia colonias non condunt.		
6.	Populi varii Italiam antiquam incolunt.		
7.	In charta Italia formam navigii habet.		
8.	Graeci Italiam Graeciam Magnam vocant.		
9.	Natura Siciliae infecunda est.		
10.	Lingua Graeca lingua incolarum Italiae est.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Ubi Italia sita est?
- Estne Roma victoriis magnis clara?
- Quid est Sicilia?
- Cum Graeci in Italiam veniunt?
- Suntne incolae Siciliae et Corsicae piratae?



4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Italia in ... est. Roma caput ... est. Corsica, Sicilia, Sardinia ... sunt. Incolae ... nautae sunt. Italiam antiquam ..., ..., ... et alii populi incolunt. ... saeculo ... ante aeram nostram in ... ex ... veniunt. Roma ... et ... patria est.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Italia antiqua sita est in ...
 - insula;
 - paeninsula;
 - Asia.
- b) In charta Italia habet formam ...
 - templi;
 - bestiae;
 - calcei.
- c) Incolae Siciliae et Sardiniae sunt ...
 - piratae;
 - nautae et agricolae;
 - nautae et piratae.
- d) Graeci in Italiam veniunt ...
 - saeculō octavō ante aeram nostram;
 - saeculō tertiō ante aeram nostrum;
 - saeculō primō aerae nostrae.
- e) Roma antiqua est patria ...
 - doctrinae;
 - littarrarum;
 - iurisprudentiae.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

II. De patria Romanorum

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

In Latio ante Romanos Latini sunt. Latini multa bella cum Romanis gerunt. Postremo Romani Latinos vincunt et superant, et Romani et Latini in unum populum magnum coalescunt.

Quis Romam condit? Romulus et Remus saeculo octavo ante aeram nostram oppidum novum condunt. Romulus propter discordiam Remum necat oppidumque Romam nominat. Roma e vicis parvis initium capit, et Romani ibi villas magnas et multa templa aedificant. Non solum magna aedificia struunt, sed etiam multas vias cum summā diligentia sternunt. Praeterea deis multas statuas in locis publicis ponunt. Saepe enim deos deasque laudant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту:

	Речення	Verum	Falsum
1.	Latini bella cum Romanis non gerunt.		
2.	Romani in proeliis Latinos vincunt.		
3.	Roma e vicis parvis initium capit.		
4.	Roma semper oppidum magnum et clarum erat (було).		
5.	In Latio ante Romanos Sabini sunt.		
6.	Fortuna Romanis victorias multas dat.		
7.	Romani templa multa in Graecia struunt.		
8.	Romulus Remum necat.		
9.	In oppido novo Romani villas magnas et templa multa aedificant.		
10.	Romani deis statuas in locis publicis non ponunt.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Suntne semper Romani in Latio?
- Quis Romam condit?
- Cur Romulus Remum necat?
- Ubi Romani villas et templa aedificant?
- Ubi Romani deis statuas ponunt?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

... ante Romanos Latium incolunt. Primo ... cum ... bella gerunt. Postremo ... Latinos vincunt et in coalescunt. Saeculo ... ante aeram nostrum ... oppidum novum condit. Romani ... et ... aedificant, statuas ... in locis ... ponunt.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Ante Romanos in Latio sunt ...
- Latini;
 - Etrusci;
 - Galli.
- b) Romani longa bella gerunt cum ...
- populis antiquis;
 - Graecis;
 - Latinis.



- c) Romulus et Remus Romam condunt ...
- saeculo quinto ante aeram nostram;
 - saeculo octavo ante aeram nostram;
 - saeculō primō aerae nostrae.
- d) Romulus Remum necat propter ...
- invidiam;
 - discordiam;
 - metum.
- e) Romani deis statuas et templa ponunt ...
- in foris oppidorum;
 - in silvis et hortis;
 - in locis publicis.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

III. De deis antīquis

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Graeci et Romāni multos deos deasque ut Neptūnum, Mercurium, Aesculapium, Vestam, Diānam, Minervam, Proserpīnam et cetēras sciunt et colunt. Imperium mundi Iuppīter tenet.

Neptūnus, dominus Oceāni, aquis et fluviis imperat. Nautae potentiam magnam dei timent et equos taurosque Neptūno immōlant. Deus irātus procellas et ventos excītat.

Mercurium, deum mercatūrae, dei etiam pro nuntio habent. Mercurius supra terras et undas volat et imperia deōrum nuntiat. Deus nuntius incōlis oppidōrum et vicōrum viam monstrat etiam animos mortuōrum ad infēros dedūcit.

Sub terrā Pluto et Proserpīna habitant. Romāni antīqui deis inferōrum tauros nigros mactant.

Vesta dea focōrum domesticōrum est. Femīnae aram Vestae corōnis ornant et deae sacrificant. Romāni deae Vestae templa rotunda aedificant.

Medīci Aesculapium colunt et deum medicīnae putant. Graeci aras Aesculapii herbis et rosis ornant et deo gallos immōlant.

Diāna, filia Latōnae, dea lunae et regīna silvārum est. Cervae Diānae sacra est. Romāni Diānam bestiārum ferārum patrōnam putant.

Minerva, dea sapientiae, prudentiā et pudicitīā deas cetēras

supērat. Minervae olīva et noctua sacrae sunt. Romāni etiam deam musīcae, medicīnae et poētārum patrōnam putant.

Romāni et Graeci templa pulchra et aras multas deis aedificant. Templa statuis magnificis et pictūris ornant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту:

	Речення	Verum	Falsum
1.	Vesta dea antiqua lunae est.		
2.	Medīci Aesculapium, deum medicīnae, colunt.		
3.	Regnum Plutonis sub terra est.		
4.	Minerva dea silvarum est.		
5.	Romani Minervam quoque patronam poētārum putant.		
6.	Romani deis inferorum gallos albos immolant.		
7.	Mercurium, deum belli, Romani pro nuntio deorum habent.		
8.	Diana, dea silvarum, filia Latonae est.		
9.	Nautae potentiam Neptuni non timent.		
10.	Mercurius anīmos mortuōrum ad infēros dedūcit.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Estne Minerva dea silvārum?
- Quis imperium mundi tenet?
- Ubi Pluto habitat?
- Quem deum medici colunt?
- Quis incolis terrae imperia deōrum nuntiat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Romani antiqui non unum deum, sed colunt. Imperium mundi habet. Neptunus deus est. Nautae equos et immolant. Medici colunt. Romani patronam bestiārum et deam putant. Minerva et dea est. Populi antique deis et aedificant. Vesta dea est. Templa rotunda sunt.



5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Pluto et Proserpina habitant ...
- sub aqua;
 - in Olympo;
 - sub terra.
- b) Romāni Dīanam putant deam ...
- foci domestici;
 - lunae et silvarum;
 - belli et sapientiae.
- c) Graeci Aesculapio, deo medicinae, immolant ...
- tauros nigros;
 - equos et tauros;
 - gallos.
- d) Romāni deae Vestae aedificant ...
- domos;
 - templa rotunda;
 - aras.
- e) Neptūnus dominus est ...
- foci domestici;
 - silvarum et lunae;
 - aquarum et fluviorum.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

IV. De bellō Troianō

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Marcus libros Vergilii de bello Troiano et de Aenea, Romanōrum proavo, legit: «Graeci Troiam invadunt. Troiani diu se defendunt». Graeci Troiam vincēre non possunt. Tum magnum equum ligneum aedificant et uterum equi viris armatis implent. Equum in orā relinquunt et navigant. Troiani ex oppido evadunt et equum cum viris armatis in oppidum trahunt. Nocte, cum Troiani dormiunt, Graeci ex utero equi evadunt, Troiae portas aperiunt et Troiam incendunt.

Tum dea Venus Aeneam fugēre et novam patriam quaerere iubet. Aeneas igitur deōrum mandato oboedit et cum

paucis amicis Troiam relinquit et post multos annos in Latium advenit. Itaque Troiani profugi in Italia remanent et Aeneas est proavus Romanōrum.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Aeneas cum paucis amicis Troiam relinquit.		
2.	Marcus libros Homeri de bello Troiano legit.		
3.	Troiani se non defendunt.		
4.	Graeci magnum equum ligneum aedificant.		
5.	Aeneas post multos annos in Latium advenit.		
6.	Graeci uterum equi feminis et pueris implent.		
7.	Aeneas est pater Romanōrum.		
8.	Troiani equum ligneum in oppīdum non trahunt.		
9.	Nocte Graeci ex utero equi evadunt.		
10.	Troiani portas Troiae Graecis aperiunt.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis Troiam vincere non potest?
- Quid Graeci aedificant?
- Ubi Graeci equum relinquunt?
- Cum Graeci Troiam incendunt?
- Quis proavus Romanorum est?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Diu Graeci ... invadunt, sed ... non possunt. Anno decimo belli ... Graeci ... aedificant. In utero equi ... sunt. Equum ... relinquunt. Nocte Graeci ex ... evadunt et ... incendunt.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Vergilius, poēta Romanus, multa scribebat ...
- de bello Troiano;
 - de Latinis;
 - de bellis Latinorum et Romanorum.
- b) Graeci diu Troiam ...
- vincere non possunt;
 - invadere non possunt;



- defendere non possunt.
- c) Graeci aedificant ...
 - equum ferreum;
 - equum ligneum;
 - equum parvum.
- d) Nocte Graeci ex utero equi evadunt et ...
 - fugiunt;
 - feminas, liberos et viros necant;
 - Troiam incendunt.
- e) Aeneas post multos annos advenit ...
 - in Italiam;
 - in Graeciam;
 - in Latium.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

V. Fabula de lupo

1. Перекладіть текст, выпишіть невідомі слова у словникової формі.

Duo poëtae antiqui saepe fabulas de lupis narrant: alter Aesopus, poëta Graecorum, alter Phaedrus, poëta Romanorum. Poëtae lupos ut bestias saevas et feras pingunt. Lupus et agnus aliquando ad rivum veniunt. Sursum bibit lupo, longeque inferior agnus. Rivi aqua a lupo ad agnum num fluit, sed lupo avidus agno clamat: «Cur aquam turbas?» Et agnum miserum devorat. Sic Phaedrus narrat.

Aesopus fabulam de lupo et equo narrat. Lupo equum in agrum invitat et avenam promittit. Lupo in animo est equum lacerare. Sed dolus lupi patet. Itaque equus salvus est. Et pueri et viri timent lupos et nominare cavent. Lupi, ut fama est, advenire solent, si eos (ix) memorant. Unde proverbium «Lupo in fabulis». Nam si quis subito advenit, amici digitis eum (на нього) monstrant et: «Lupo in fabulis!» – clamant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Aesopus poëta Romanus est.		
2.	Poëtae lupo ut bestiam feram pingunt.		
3.	Lupo aliquando in silva agnum videt.		
4.	Lupo agno clamat: «Cur me irritas?»		
5.	Agnus fugit.		

6.	Phaedrus fabulam de lupo et agno narrat.		
7.	Lupus equo avenam promittit.		
8.	Viri lupum non timent.		
9.	Si quis subito advenit, viri clamant: «Lupus in stabulis».		
10.	Est proverbium Latinum: «Lupus in fabulis».		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis fabulas de lupo et agno currat?
- Estne Phaedrus poëta Graecus?
- Ubi lupo agnum videt?
- Quis lupos timent?
- Quid lupo agno promittit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Aesopus,, de ... et ... narrat. Lupus bestia ... et ... est. Aliquando ... et ... ad ripam ... veniunt. Lupus clamat: «Cur ... turbas?» ... agnum devorat.

5. Вкажіть правильну відповідь:


- a) Phaedrus est poëta ...
 - Graecus;
 - Romanus;
 - Latinus.
- b) Aesopus et Phaedrus narrant fabulas ...
 - de agnis;
 - de bestiis variis;
 - de lupis.
- c) Phaedrus narrat fabulam ...
 - de lupo et agno;
 - de lupo et equo;
 - de agno et equo.
- d) Aesopus narrat fabulam ...
 - de lupo et agno;
 - de lupo et equo;
 - de agno et equo.
- e) Poëtae antiqui pingunt lupo ut ...
 - bestiam bonam;
 - bestiam avidam;
 - bestiam saevam.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.



VI. De Romūlo et Remo

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Romūlus et Remus filii Rheae Silviae sunt, gemīni ex familia regia. Ut fama est, pater puerōrum Mars, deus belli est. Amulius, vir duri anīmi, puēros necāre studet. Imperio Amulii gemīni a servō in alveo ponuntur et in fluvium iaciuntur. Sed puēri a deis servantur. Subīto lupa advēnit et gemīnos nutrit. Deinde puēri a Faustulō inveniuntur et educantur. Postea Roma a Romulō et Remō condītur.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Romūlus et Remus filii Martis sunt.		
2.	Avia geminorum Rheae Silvia est.		
3.	Amulius vir boni animi est.		
4.	Amulius pueros necare studet.		
5.	Pastor Faustulus pueros educat.		
6.	Romulus et Remus Romam condunt.		
7.	Dei Romulum et Remum non servant.		
8.	Lupa geminos parvos nutrit.		
9.	Servus pueros in navigio parvo ponit.		
10.	Mars deus mercaturae est.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Quis est pater Romuli et Remi?
- Quot filios sunt Rheae Silviae?
- Quem Amulius necare studet?
- Ubi servus geminos iacit?
- Quis pueros invenit et educat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Romulus et Remus filii et Martis sunt. Amulius ... dei timet et pueos ... studet. Servus pueros in ... iacit. Sed dei ... Rheae Silviae servant. ... geminos nutrit. Postea pueros ... educat. Denique Romulus et Remus ... necant et ... condunt.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Romulus et Remus sunt gemini ...
 - ex familia rustica;
 - ex familia regia;
 - ex familia magna.
- b) Mater Romuli et Remi est ...
 - Minerva;
 - Latona;
 - Rhea Silvia.
- c) Gemini filii sunt ...
 - dei belli;
 - dei fluviorum;
 - dei terrae et caeli.
- d) Romulum et Remum advenit et nutrit ...
 - capra;
 - vacca;
 - lupa.
- e) Servus imperio Amulii geminos iacit ...
 - in mare;
 - in fluvium;
 - in foveam.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

VII. De Graecia antīqua

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Multi Graecōrum viri antīqui a nobis clari habentur. Homērus, poēta Graecōrum clarus, a multis populis celebrātur. Multōrum enim anīmi nunc etiam Homēri libris delectantur. Phidias sculptor clarus est. Opus eius notum est Iovis (Юпітера) statua, quae inter septem miracula mundi numeratur. Etiam statuam Athenae creat. Phidiae statuis magnificis nos quoque delectāmur. Nam statuārum fragmenta hodie vidēri possunt. Herodotus, scriptor Graecus, multa de vitā populōrum antiquōrum scribit. Multi Herodoti fabūlis moventur et nos movemur. Graecōrum enim libris antīquis delectāmur. Graecia antīqua disciplinārum et litterārum patria recte putātur.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Homerus poëta Graecōrum clarus est.		
2.	Libri Homeri animos multorum delectant.		
3.	Graecia antīqua patria iurisprudentiae putatur.		
4.	Libri Graecorum antiquorum nos non delectant.		
5.	Graecia antīqua disciplinārum et litterārum patria est.		
6.	Phidiae statuārum fragmenta hodie vidēri non possumus.		
7.	Libri Graecorum antiquorum non solum nos docent, sed etiam delectant.		
8.	Athenae in Graecia sunt.		
9.	Graecia patria nautarum peritorum est.		
10.	Graecia patria virorum clarorum putatur.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis est Homerus?
- Estne Graecia antiqua patria iurisprudentiae?
- Quis est Phidias?
- Quis est Herodotus?
- Estne Graecia antiqua patria virorum clarorum?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Multi in Graecia antiqua sunt. Homerus describit. Libros ... de bello Troiano nos ... possumus. Phidias ... clarus putatur. Fragmenta et nunc videri possumus. Vita populōrum antiquōrum describitur. Graecia ... et ... patria est.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Homerus est poëta ...
- Romanus;
 - Graecus;
 - Latinus.
- b) Clarus sculptor Graecus est ...

- Herodotus;
 - Homerus;
 - Phidias.
- c) Phidias creat statuam ...
- Vestae;
 - Dianae;
 - Athenae.
- d) Athaenae sunt in ...
- Graecia;
 - Italia;
 - Asia.
- e) Graecia antiqua patria est ...
- iurisprudentiae;
 - deorum;
 - litterarum.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

VIII. Theseus et Ariadna

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



In insula Creta Daedālus, artifex clarus, labyrinthum magnum aedificat. Labyrinthus a saevo monstro Minotauro custoditur. Aegeus, rex Atticae, tributum pendet in Cretam, scilicet septem puēros et septem puellas mittēre debet ad victimas monstro. Miseri liberi a monstro statim devorantur. Theseus, Aegei filius, proponat sibi bestiam saevam necāre et patriam ab

horridā poenā liberāre. Itaque cum sociis suis ex Attica navigat et in Cretam advenit. Ibi Ariadna Theseo filum longum et gladium mirum donat. Thesēus, ut intrat labyrinthum, alligat filum ad portam et ita certa via in labyrintho servatur. Gladio miro Minotaurus necātur, Thesēus auxilio fili ex labyrintho venit. Ariadna cum Theseo e Creta fugit. Subito Theseus cogitat: «Ariadna filia hostium (вопорів) est. Eam (її) in patriam ducere non possum». Itaque Ariadnam in insula Naxo reliquit et solus in patriam redit.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	In Creta Daedalus labyrinthum aedificat.		
2.	Theseus filius Daedali est.		
3.	Aegeus, rex Atticae, filium Minois necat.		
4.	Minotaurus in corpore humano caput tauri habebat.		
5.	Auxilio Ariadnae Theseus e labyrintho evadit.		
6.	Minos Theseum in labyrintho claudit.		
7.	Ariadna Theseo filum longum et gladium mirum donat.		
8.	Aegeus tributum in Cretam pendet.		
9.	Theseus Ariadnae, filiae Minois, valde placet.		
10.	Aegeus filium exspectat.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Ubi Daedalus labyrinthum aedificat?
- Quot pueri et puellae quotannis a monstro devorabantur?
- Quid Theseus sibi proponat?
- Cur Theseus Ariadnam in insula naxo reliquit?
- Unde Theseus in Cretam advenit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

In Creta a Daedalo labyrinthus Rex Cretae tenet. Minotaurus est. Minos ... pueris et ... vivis alit. Theseus,, patriam ab horrida poena liberat. Cum ... in Cretam advenit. Ibi ... Theseo ... et ... donat. Gladio miro Theseus ... necat.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Daedalus labyrinthum magnum aedificat ...
 - in Creta;
 - in Sicilia;
 - In ora maritima.
- b) Labyrinthum custodit monstrum horridum ...
 - Sphinx;
 - Minotaurus;
 - Cyclops.

- c) Rex Atticae mittēre debet ad victīmas monstro ...
- duodecim pueros;
 - septem puēros et septem puellas;
 - septem puēros et puellas.
- d) Ariadna Theseo donat ...
- pallium et scutum;
 - gladium et scutum;
 - filum longum et gladium.
- e) Filius Aegei Ariadnam reliquit ...
- in insula Naxo;
 - in insula Creta;
 - in Graecia.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

IX. De Mercurio

1. Перекладіть текст, выпишіть невідомі слова у словниковій формі.



Mercurius deus a Romānis Maiae et Iovis filius putabātur. Primum Mercurius ab hominībus antiquis pro deō mercaturae colebātur. Sed rex deōrum nuntium ad Plutōnem, ad Neptūnum, ad regna terrae mittēre cupiēbat. Itaque olim Mercurium Iuppīter vocat et dicit: «Eris nuntius deōrum. Alas habēbis in soleis et in petāsō. Caduceus tuus et ianuas et portas semper aperiet». Itaque Mercurius ianuam sepulcrōrum aperiēbat et mortuos ad regnum Plutōnis ducēbat. Dum Mercurius petasum gerēbat, homīnes mortāles nuntium deōrum

vidēre non potērant. Mercurius iussa Iovis hominībus nuntiābat et anīmos mortuōrum ad infēros deducēbat. Mercurius quoque erat deus eloquentiae; itāque Graeci et Romāni Mercurio linguas bestiārum sacrificābant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Mercurius a Romanis deus mercaturae putabatur.		



2.	Mercurii templum in Circo Maximo, inter Aventinum et Palatinum aedificatum est.		
3.	Mercurius Maiaie et Iovis filius erat.		
4.	Deus quoque fures servabat.		
5.	Mercurius in soleis alas habebat.		
6.	Mercurius a populis antiquis minister deorum numerabatur.		
7.	Incolae Britanniae et Galliae Mercurium colebant.		
8.	Deus animos mortuorum ad inferos deducebat.		
9.	Romani Mercurio exta bestiarum sacrificabant.		
10.	Deorum nuntio nomen est Mercurius.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Estne Mercurius deus fluviorum?
- Quid Romani deo sacrificabant?
- Quid habebat Mercurius in soleis et in petaso?
- Quis Mercurium olim vocabat?
- Quid Graeci et Romani deo sacrificabant?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Mercurius non homo, sed ... est. Mercurius ut avis volare potest, nam in soleis et in petaso dei ... sunt. Deus iussa Iovis nuntiabat. Mercurius deus ... et ... putabatur. Etiam deus ... putabatur. Populi antiqui deo ... sacrificabant.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Mercurius erat filius ...
- Martis;
 - Plutonis;
 - Iovis.
- b) Mercurius ab hominibus antiquis putabatur ...
- nuntius deorum;
 - deus mercaturae;
 - deus mercatura et nuntius deorum.

- c) Caduceus Mercurii aperiebat ...
- ianuas templorum;
 - ianuas sepulcrorum;
 - portas oppidorum.
- d) Graeci et Romāni Mercurio sacrificābant ...
- pellem bestiarum;
 - linguas bestiārum;
 - ossa bestiarum.
- e) Mercurius ad regnum Plutonis deducebat ...
- animos mortuorum;
 - homines vivos;
 - piratas et latrones.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

X. De Minerva

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Minerva dea sapientiae, belli et armōrum erat. Ex cerēbro Iovis (Юпітера) nata inter ceteras deas consilio et prudentia atque pudicitia praestabat. Noctua et olea Minervae sacrae erant. Dea imprimis magistris et discipulis favebat. Minerva impigris discipulis subveniēbat, pigros puniēbat. Minerva a Graecis Athenarum patrona putatur. Attica tota in Minervae tutela est. Minerva agriculturae favet, terram ab inimicis custodit, litterarum et artificiorum studia auget. Praeterea Minerva iustum bellum curābat. Saepe sacra a populō Romanō Minervae parabantur. Si bellum iustum erat, Minerva populo Romano victoriam praebēbat.

Minerva tunica et palla amicta erat, praeterea lorica et galeam gerebat. Laevo umero hastam sustinēbat. Dextra Minerva stilum, sinistra ceram tenebat.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Minerva Athenarum patrona erat.		
2.	Dea discipulis pigris favebat.		
3.	Minerva ab antiquis dea sapientiae putabatur.		
4.	Minerva gladium mirum habebat.		
5.	Dea populo Romano victoriam praebēbat.		
6.	Minerva dea Romana est, quae imprimis a Sabinis et Latinis colitur.		
7.	In mythologia Minerva dea medicinae putabatur.		
8.	Dea iustum bellum curabat.		
9.	In Graecia sunt multae statuae Minervae.		
10.	Dea tunica et palla amicta erat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis est Minerva?
- Cui dea sapientiae favebat?
- Quem dea puniebat?
- Cui Minerva victoriam praebebat?
- Quo Minerva inter ceteras deas praestabat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Minerva dea antiqua ... et ... est. Dea Athenarum ... putabatur. in tutela Minervae erat. Dea ex ... Iovis nata est. Minerva ... et ... favebat, praeterea curabat. Discipulos ... dea puniebat. Minerva victorias praebebat.

5. Вкажіть правильну відповідь:


- a) Minerva nata est ex cerebro ...
 - Plutonis;
 - Iovis;
 - Neptuni.
- b) In Minervae tutela erat ...
 - tota Italia;
 - tota Graecia;
 - tota Attica.

- c) Dea Minerva puniebat ...
- magistros et discipulos;
 - discipulos et discipulas;
 - discipulos pigros.
- d) Dea gerebat ...
- lorica et galeam;
 - scutum et gladium;
 - hastam et scutum.
- e) Minerva a Graecis putabatur ...
- dea lunae et silvarum;
 - dea foci domestici;
 - sapientiae et belli.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XI. De servis Romanōrum

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Romāni magnum numerum servōrum habēbant. Servos Romani bellis sibi parabant. Servi libēri non erant; etiam filii servōrum servi esse debebant. Servi a Romanis instrumenta numerabantur. In Italia et in provinciis Romani non solum villas magnas et hortos pulchros habebant, sed etiam vineas et agros latos possidebant. Servi non solum in agris, sed etiam in villis, et in hortis, et in latifundiis, et

in metallis Romanōrum opulentōrum laborābant. Servōrum officia varia erant: alii terram in latifundiis colēbant, alii in ludis gladiatoriiis exercebantur, alii fabri erant, ferrum, argentum et aurum formābant, alii alia faciēbant. Domini saepe servos suos emebant et vendebant. Servi etiam a dominis in ergastulis subterraneis claudebantur. Servi dominos timebant, nam domini servos flagellis verberabant. Multi Graeci, viri docti, erant servi Romanōrum. Itaque in agris, laborāre non debebant. Alii servi Graeci morbos curabant, alii libēros Romanōrum educabant et pueros grammaticam, philosophiam, littēras docebant. Narrabant pueris de claris poētis Graecorum, de philosophis et de aliis viris doctis. Saepe servi a dominis iniuste puniebantur. Servi igitur fugiēbant et interdum arma capiēbant. Itaque Romāni dicēbant: «Totīdem inimīci sunt, quot servi».



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Familia Romāna ex domīnis, liberis, servis constābat.		
2.	Servi Graeci libēros Romanōrum educabant.		
3.	Domini servos suos non vendebant.		
4.	Agri et vineae plerumque a servis colebantur.		
5.	In vineis multi servi catenati laborabant.		
6.	Servi Graeci, viri docti, in agris et vineis laborabant.		
7.	Domini servos in ergastulis claudebant.		
8.	Filii servorum liberi erant.		
9.	Servi dominos suos timebant.		
10.	Spartacus dux servorum erat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Ubi Romani servos parabant?
- Suntne servi liberi?
- Ubi servi laborabant?
- Quem servi Graeci educabat?
- Quod Romani dicebant?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Romani opulenti ... habebant. Servi ... non erant. Etiam ... servorum ... esse debebant. Servi ... vocalia numerabantur. Officia servorum ... erant. Servi in ..., in ..., in ..., in ... laborabant. Multi ... servi Romanorum erant. Servi ... pueros ... educabant. Saepe domini ... suos iniuste piniebant. Itaque servi ... et contra ... pugnabant.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Filii servorum debebant esse ...
- servi;
 - liberi;
 - aut servi, aut liberi.
- b) Domini servos suos ...
- defendebant;
 - emebant et vendebant;

- puniebant.
- c) Domini servos verberabant ...
 - verbis;
 - flagellis;
 - gladiis.
- d) Servi Graeci laborare non debebant ...
 - in agris;
 - in metallis;
 - in ergastulis.
- e) Servi Graeci narrabant pueris de ...
 - victoriis Romanorum;
 - de claris poëtis et philosophis Graecorum;
 - de viris doctis Romanorum.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XII. De Aenea

1. Перекладіть текст, выпишіть невідомі слова у словниковій формі.

Troia a Graecis expugnatur et deletur. Pauci Troiani vitam servant. Tunc Iuppiter, ut Vergilius, praeclarus poëta Romanorum, narrat, fata Aeneae praedicat: Aeneas et Iulus, filius Aeneae, per multas terras et undas errabunt, denique oris Italiae appropinquabunt. Aeneas Laviniam, filiam regis Latini, in matrimonium ducet. Iulus, filius Aeneae, Albam Longam condet. Ibi posterii Aeneae diu regnabunt. Vergilius Aeneae navigationem in libris suis describit, etiamque nomina Aeneae posterorum enumerat. Aeneas, ut Vergilius narrat, ad inferos veniet. Apud inferos Aeneas posteros suos videbit. Numitor rex, unus ex Iuli posteris, Rhem Silviam filiam habebit. Rhea Silvia mater Romuli et Remi erit, pater autem Mars. Amulius, avunculus Romuli et Remi, regnum Albanum capiet, pueros, filios dei Martis, timebit et necare desiderabit. Pueri a servo in silvam portabuntur ibique a lupa alentur et postea a Faustulo educabuntur. Denique avum Numitorem liberabunt, avunculum Amulium necabunt, oppidum novum condent. Oppido novo nomen erit Roma.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Romuli posterii imperium magnum habebunt.		
2.	Aeneas et cum filio Iulo oris Italiae appropinquabunt.		



3.	Ibi Aeneas cum incolis Latii amicitiam firmabit.		
4.	Apud inferos Aeneas posteros suos videbit.		
5.	Rhea Silvia filia Numitoris erat.		
6.	Dei Romulum et Remum non servant.		
7.	Servus pueros in navigio parvo ponit.		
8.	Lupa pueros parvos nutrit.		
9.	Iulus, filius Aeneae, Romam condet.		
10.	Statua lupae et puerorum nunc in Capitolio stat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis fata Aeneae praedicit?
- Quis navigationem Aeneae describebat?
- Quem Amulius necare desiderabat?
- Cuius filii Romulus et Remus sunt?
- Quis Romulum et Remum alebat et educabat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Diu ... Troiam ... et Pauci Troiani ... servant. Aeneas cum ... diu ..., denique ... Italiae In Italia Aeneas ... in matrimonium Ibi ... Aeneae diu Postea Aeneas ad ... veniet et ... videbit. Unus ex ... Iuli filiam nomine ... habebit. Ea mater ... et ... erit. Amulius pueros ... desiderabit. Servus geminos in ... portabit. Ibi ... filios Rheae Silviae Postea Faustulus ... et Remum Fratres ... necabunt et condent. Ita Vergilius,, narrabat.

5. Вкажіть правильну відповідь:


- a) Fata Aeneae praedicit ...
 - Vergilius, praeclarus poëta Romanorum;
 - Homerus, praeclarus poëta Graecorum;
 - Ovidius, praeclarus poëta Romanorum.
- b) Aeneas in matrimonium ducit ...
 - filiam Amulii;
 - uxorem regis Menelai;
 - filiam regis Latini.
- c) Romulus et Remus erant filii ...
 - Iovis;
 - Martis;
 - Neptuni.

- d) Apud inferos Aeneas videbat ...
- Romulum et Remum;
 - Plutonem et Proserpinam;
 - posteros suos.
- e) Aeneae navigationem in libris suis describebat ...
- Ovidius;
 - Vergilius;
 - Homerus.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XIII. De regnis deōrum

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Antiquitus Iuppiter, rex deōrum, dicēbat: «Dividam orbem terrarum in tria regna. Rex ero caeli terraeque. Iuno regīna mea erit. In Olympō habitabimus, sed incolae terrae nos interdum in templis atque in silvis vidēbunt». Deinde Iuppiter dicit: «Neptūnus reget Oceānum et aquas quae in

Oceānum fluunt. Sceptrum non habēbit, semper tridentem portābit». Denique Iuppiter dicit: «Pluto erit rex mortuōrum, sub terrā in regnō Orci reget». Saepe rex deōrum nuntios ad Plutōnem, ad Neptūnum, ad regna terrae mittēre cupit. Itaque olim Mercurium Iuppiter vocat et dicit: «Eris nuntius deōrum. Alas habēbis in soleis et in petāsō. Caduceus tuus et ianuas et portas semper aperiet». Itaque Mercurius etiam ianuam sepulcrōrum aperit et mortuos ad regnum Plutōnis ducit. Dum Mercurius petasum gerit, mortales nuntium deōrum vidēre non possunt. Iuno, regīna deōrum, nuntiam quoque habet. Iris, dea arcus pluvii, iussa Iunōnis ad mortāles portat. In pallā deae multi sunt colōres. Cum Iris per caelum volat, multi colōres sub radiis solis lucent.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Mercurius deus mercaturae erit.		



2.	Uxor Plutonis Proserpina erit.		
3.	Mercurius alas in soleis et in petaso habet.		
4.	Nautae Neptuno equos et tauros immolant.		
5.	Iris dea arcus pluvii erat.		
6.	Cerberus, canis triceps, ostium inferorum custodiebat.		
7.	Iuno uxor Iovis a Romanis putabatur.		
8.	Caduceus Mercurii ianuas et portas aperit.		
9.	Filius Martis est Romulus, conditor Romae.		
10.	Venus, dea amoris, uxor Vulcani erat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quod dividet Iuppiter in tria regna?
- Quis regina Iovis erit?
- Ubi Neptunus regnabit?
- Ubi regnum Plutonis situm erit?
- Quid nuntius deorum in soleis et in petaso habet?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Graeci et Romani antiqui non unum deum, sed multos ... colēbant. Primus in numērō deōrum ... est, deus ... et ... Iuppiter cum ... in ... habitābat. ... et ... fratres Iovis erant. Neptunus ... regebat, Pluto ... erat. Regnum ... sub terrā situm est. Mercurius ... deorum erat. Deus ... ad regnum ... ducebat. Mercurius ... in ... et in ... habebat. ... dei ... regni Plutonis aperiebat.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Orbem terrarum in tria regna dividebat ...
- Saturnus;
 - Pluto;
 - Iuppiter.
- b) Iuppiter erat rex ...
- fluviorum;
 - caeli et terrae;
 - regni Orci.
- c) Mortuos ad regnum Plutōnis ducebat ...
- Mercurius;
 - Aesculapius;
 - Neptunus.

- d) Iussa Iunōnis ad mortāles portabat ...
- Iris, dea arcus pluvii;
 - Diana, dea silvarum et lunae;
 - Minerva, dea sapientiae.
- e) Alas in soleis et in petāsō habēbat ...
- Iuppiter;
 - Mercurius;
 - Pluto.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XIV. De tempore aurea

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Erat tempus aureum. Aves tutae volābant, lepōres impavīdi in arvis errābant, itinēra secūra erant, homīnes sponte sua leges et ius colēbant nec horrīda scelēra faciēbant, fossae oppīda non cingēbant. Bella hominibus ignota erant, oppīda neque oppugnabantur, nec diruebantur. Flumīna lactis et nectāris fluēbant, in montibus altae arbōres crescēbant, animalia in reti non capiebantur, novae herbae nova nomīna accipiēbant, corpōra humāna sine medīco sana erant, homo bestiae et bestia homīni vulnus non efficiēbant. Navigia in maris undis non videbantur, ager non arabatur, nam terra ipsa per se frumentum dabat. Tempōra aurea sine dubio erant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Scriptores antiqui de quattuor aetatibus mundi narrabant.		
2.	In aetate aurea oppida fossis non cingebantur.		
3.	Erat quattuor aetates: aurea, argentea, aenea, ferrea.		
4.	Quarta aetas, quae ferrea nominatur, durissima omnium est.		
5.	Homines sine medicis sani erant.		
6.	Ovidius de quattuor aetatibus mundi scribebat.		
7.	Aetas aenea tempus periculosum erat.		



8.	Homines leges colebant.		
9.	In aetate aurae agricolae terram colebant.		
10.	Aetas aurea harmoniae et pacis tempus erat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Describite tempus aureum.
- Cum bella hominibus ignota erat?
- Cur ager non arabantur?
- Cur lepores in arvis errabant?
- Estne vita in tempore aurea beata?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

In aetate ... homines ... et ... colebant. Oppida ... non cingebantur. Bella ... ignota erant. In montibus crescebant, lepores ... in ... errabant. Flumina ... et ... fluebant. ... humana sine ... sana erant. Terra ... arabatur, nam ... per se ... dabat.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Tempus aureum erat aetas ...
 - beata;
 - dura;
 - severa.
- b) Aetate aurea homines colebant ...
 - veritatem;
 - deos deasque;
 - leges et iura.
- c) Aetate aurea homines agros ...
 - non arabant;
 - defendebant;
 - non vendebant.
- d) Aetate aurea bella hominibus ...
 - grata erant;
 - ignota erant;
 - periculosa erant.
- e) Aetate aurea homines sine medicis erant ...
 - tuti;
 - validi;
 - sani.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XV. De Apolline

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Apollo a Graecis et Romanis frater Dianae putabatur. Apollinis et Dianae pater erat Iuppiter, mater Latona. Apollini sol sacer erat, Dianae luna. Arma Apollinis et Dianae sagittae erant. Poëtae antiqui Apollinem novem Musarum ducem, omnium poëtârum patrem, carminum auctorem, medicinae inventorem nominabant. Deus in terra, in silvis obscuris et in speluncis atris habitabat. Plura templa et oracula ei sacra erant. Oraculum Delphicum praecipue clarum est, quare Delphi apud populos antiquos maximo in honore erant. Apollo leges divinas conservabat et sceleratos homines sagittis suis acerrimis feriebat. In Apollinis tutela sunt et hominum mores et civitatum leges. Diana, Apollinis soror, magnam similitudinem cum frater suo habebat: ea lucem et vitam hominibus donabat, non solum greges custodiebat, sed etiam bestias ab iniuria defendebat. Prope ad naturam vivere mos est et prima voluptas eius.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Mater Dianae Latona erat.		
2.	Apollo a populis antiquis frater Diane putabatur.		
3.	In Apollinis tutela reges erant.		
4.	Diana dea antiqua lunae putabatur.		



5.	Oraculum Apollinis in Delphis erat.		
6.	Olim Apollo Pythonem magnum interfecit.		
7.	Poetae antiqui Apollinem carminum auctorem nominabant.		
8.	Laurus arbor sacer Apollinis putabatur.		
9.	Musae comites Apollinis erant.		
10.	Cervae Dianae sacrae errant.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis erat pater Apollinis?
- Estne Diana mater Apollinis?
- Ubi Apollo habitabat?
- Quod oraculum dei in maximo honore erat?
- Quid Diana hominibus donabat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Apollo filius ... et ... putabatur. Deus ... habebat nomine Soror Apollinis ... cum frater habebat. Apollo a hominibus antiquis ... medicinae, ... carminum, dux ... putabatur. Oraculum dei in ... erat. Apollo homines sceleratos ... feriebat. In tutela dei ... et ... erant. Diana hominibus ... et ... donabat. ... Apollinis, ... ab iniuria defendebat. Apollo et Diana ... habebant.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Apollo et Diana liberi erant ...
 - Rheae Silviae et Martis;
 - Iovis et Latonae;
 - Iovis et Iunonis.
- b) Arma Apollinis et Dianae erant...
 - scuta et gladii;
 - fulmina;
 - sagittae.
- c) Diana, soror Apollinis hominibus donabat ...
 - lucem et vitam;
 - discordias et bella;
 - olera et fructus.
- d) In Apollinis tutela erant ...
 - mores hominum;
 - reges civitatum;
 - dei deaeque.

- e) Apollo a poëtis antiquis putabatur ...
- deus mercaturae et eloquentiae;
 - deus medicinae;
 - dux Musarum et pater poëtārum.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XVI. De Proserpina

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Ceres dea antiqua agricolarum erat. Ceres filiam Proserpinam habebat. Olim Proserpina, puella pulchra, in agris pratisque Siciliae ambulabat, cum amicis suis ludebat et flores legebatur. Subito equos nigros et vehiculum aureum videt. In vehiculo deus Pluto, rex inferorum, sedebat. Pluto puellam rapit et sub terram in regnum suum Tartarum portat et eam reginam inferorum facit. Ceres, mater Proserpinae, quod filiam suam in terra invenire non poterat, eam mortuam putabat et magno cum dolore mortem filiae

suae deflebat. Iam terra a Cerere non curabatur. In terra semper frigida hiems erat, plantae non florebant, agri ab aratoribus non arabantur. Homines et animalia non poterant vivere. Tum Iuppiter sic Proserpinae dicit: «Per sex menses in terra vive et sex menses sub terra cum tuo marito». Itaque nunc per sex menses Proserpina in terra vivere poterat, et mater Ceres laeta erat. Ver et aestas tum in terra erant. Postea Proserpina ad maritum suum sub terram veniebat, et mater Ceres erat dolorosa, et in terra autumnus et hiems erant, et tota natura dormiebat.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Proserpina filia Cereris erat.		
2.	Ceres dea silvarum putabatur.		
3.	Olim Proserpina in agris Sardiniae ambulabat.		



4.	Pluto virginem pulchram in Tartarum portabat.		
5.	Ceres mortem filiae suae deflebat.		
6.	Ceres terram curabat. In terra semper ver erat.		
7.	Hieme plantae non florebant, animalia vivere non possunt.		
8.	Per sex menses Proserpina in terra vivere poterat. Ver et aestas tum in terra erant.		
9.	Dum Proserpina in Tartaro vivebat, natura dormiebat.		
10.	Ceres dea Iovis soror erat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis erat Ceres?
- Estne Proserpina soror Cereris?
- Quis filiam Cereris rapit?
- Cur Ceres filiam suam deflebat?
- Quod Iuppiter Cereri dicebat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Ceres ab hominibus antiquis putabatur. Proserpina filia ... erat. Aliquando puella in ... Siciliae ... legebat. Subito ... puellam rapit et in ... portat. Deus umbrarum Proaerpinam ... inferorum facit. Sex ... Ceres in terra cum ... vivit, et sex menses sub terra cum Dum Proserpina sub ... vivit, autumnus et hiems in terra sunt.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Proserpina filia erat ...
- Latonae;
 - Cereris;
 - Iunonis.
- b) Olim Proserpina ambulabat ...
- in agris Orci;
 - in agris et pratis Siciliae;
 - in agris Cretae.
- c) Proserpinam rapit et deam inferorum facit ...
- Neptunus;
 - Pluto;
 - Mercurius.

- d) Dum Proserpina in Tartaro vivebat ...
- natura dormiebat ;
 - sol terram illustrabat;
 - homines laeti erant.
- e) Dum filia Cereris in terra vivebat ...
- plantae non florebant;
 - mater dolorosa erat;
 - ver et aestas in terra erant.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XVII. De sacrificiis antiquorum

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Populi antiqui deos sacrificiis placabant. Apud Romanos plerumque sacerdotes sacrificia parabant, nam sacerdotes iuris divini periti erant. Superis deis albas hostias immolabant, inferis – nigras. Numerus hostiarum interdum permagnus erat.



Sacerdotes capita hostiarum ornabant coronis et ante templa mactabant. Exta in aris cremabant. Deis praeterea vinum, lac, mel grata dona erant. Post sacrificia sacerdotes ad honorem deorum epulas parabant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Populi antiqui deos multos colunt.		
2.	Homines deis vinum, lac, mel donabant.		
3.	Numerus hostiarum parvus erat.		
4.	In Roma antiqua sacerdotes sacrificia parabant.		
5.	Sacerdotes iuris divini periti non erant.		
6.	Romani deis hostias non parabant.		
7.	Hostiae albae a Romanis deis inferorum immolabantur.		



8.	Romani deis inferis nigras hostias immolabant.		
9.	Epulae ad honorem deorum a sacerdotibus parabantur.		
10.	Sacerdotes hostias in templis mactabant.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis deos sacrificiis placabat?
- Suntne sacerdotes iuris privati periti?
- Quo sacerdotes capita hostiarum ornabant?
- Quis epulas ad honorem deorum parabat?
- Ubi sacerdotes exta hostiarum cremabant?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Apud homines antiquos mos erat ... sacrificiis Sacerdotes Romani deis ... immolabant. Hostiae ... superis deis a sacerdotibus ..., hostiae ... – Primo sacerdotes ... ante tempora mactabant, postea ... in aris Post sacrificia epulae ad honorem deorum a ... parabantur. ..., ..., ... dona grata deis erant.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Populi antiqui deos deasque placabant ...
 - donis;
 - sacrificiis;
 - vino et fructibus.
- b) Sacerdotes periti erant ...
 - iuris civilis;
 - iuris privati;
 - iuris divini.
- c) Homines antiqui superis deis immolabant ...
 - varias hostias;
 - albas hostias;
 - nigras hostias.
- d) Sacerdotes exta hostiarum ...
 - edebant;
 - prorumpabant;
 - cremabant.
- e) Post sacrificia sacerdotēs parabant ...
 - epulas ad honorem deorum;
 - ludos ad honorem deorum;
 - pugnas.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XVIII. De Orpheo

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Clarissimus omnium cantorum Graecorum a hominibus antiquis Orpheus putabatur. Carmina Orphei non solum homines, pecora et aves dulci voce delectabant, sed etiam arbores et saxa magna lyrae suavitate movebant. Orpheus uxorem habebat nomine Eurydica. Aliquando mulier in campo per herbas ambulabat et florum pulchritudine delectabatur. Subito nympa pulchra serpentem calcat.



Irata serpens Eurydicam in pedem mordet. Vulnus grave erat et mulier exspirat. Orpheus tristis ad Plutonium venit. Diu inter umbras uxorem quaerebat et deum mortuorum rogabat uxorem reddere. Deinde Orpheus dulce cantans animum dei movet. Pluto respondet: «Uxorem post te ad terram duces sed eam respicere non debes, dum in Orco eris!»

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Orpheus artifex clarus erat.		
2.	Olim Musae Orpheum citharam ludere docebant.		
3.	Uxor Orphei Eurydica erat.		
4.	Euridica nympa clara erat.		
5.	Aliquando Eurydica in campo pulchritudine florum delectabatur.		
6.	Subito uxor Orphei serpentem calcat et serpens mulierem in pedem mordet.		
7.	In Orco Orpheus Cerberum, canem horridum, videt.		
8.	Cantor clarus Eurydicam reddere rogabat.		
9.	Diu Orpheus inter umbras Orci errabat et uxorem quaerebat.		



10.	Rex tradit Eurydicam marito et praeceptum dat: «Respicere non debes, dum in Orco eris!»		
------------	---	--	--

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis Orpheus erat?
- Ubi uxor Orphei ambulabat?
- Quem serpens mordet?
- Quis sub terra Eurydicam tenebat?
- Ubi Orpheus uxorem quaerebat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Clarissimus omnium ... ab hominibus antiquis ... putabatur. Homines et animalia ... Orphei delectabantur. Orpheus uxorem habebat ... Eurydica. Aliquando nympa clara in ... ambulabat. Subito ... serpentem Irata ... mulierem in pedem Vulnus grave erat et mulier Orpheus tristis ad ... venit. In Orco ... rogabat uxorem reddere. Cantus ... animum dei movet. Pluto respondet: «Uxorem post te ad terram duces sed ... respicere non debes, dum in ... eris!»

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Uxor Orphei erat ...
 - Proserpina;
 - Eurydica;
 - Latona.
- b) Orpheus ab hominibus antiquis putabatur ...
 - artifex optimus;
 - vir peritissimus;
 - cantor clarissimus.
- c) Serpens uxorem Orphei mordet ...
 - in aurem;
 - in pedem;
 - in manum.
- d) Orpheus dulce cantans animum movet ...
 - Neptuni;
 - Iovis;
 - Plutonis.
- e) Rex mortis tradit Eurydicam marito et praeceptum dat: «Respicere non debes, ...
 - dum in Olympo eris;
 - dum in Orco eris;
 - dum in terra eris.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XIX. De Minotauro

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Rex insulae Cretae Minos erat. Deus Neptunus Minoi taurum candidum mittebat. Quia taurus candidus pulcher erat, Minos alium taurum Neptuno sacrificabat et taurum candidum in stabulis celabat. Neptunus erat iratus et punit Minoem. Uxori Minois Pasiphaë nomen erat. Ex amore Pasiphaë et tauri Minois monstrum natum erat. Nomen monstro Minotaurus erat. Minotaurus in corpore humano caput tauri habebat. Monstrum magnum et ferox erat. Rex Cretae Minotaurum timebat sed non occidebat. Minos filium uxoris taurique in labyrintho clauderat. Rex Minotaurum iuvenibus vivis alebat. Quotannis septem pueri et septem puellae a monstro devorabantur. Sed Theseus, Athenarum regis filius, Minotaurum occidere constituit. Itaque cum comitibus in Cretam venit. Cretae rex filiam pulchram quoque habebat, Ariadna nomine. Ariadna, magno amore Thesei capta, Theseum servare constituit. Itaque Theseo longum filum et gladium mirum dat. Theseus in labyrintho Minotaurum post longam pugnam gladio occidit. Deinde auxilio filii ad portam labyrinthi facile venit atque e labyrintho evadit. Ariadna cum Theseo e Creta, patria sua, evadit, sed Theseus nocte in insula Naxo Ariadnam reliquit atque in patriam suam navigat.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Minos Iovis et Europae filius erat.		
2.	Rex Cretae monstrum in labyrintho claudit.		
3.	Labyrinthus a Daedalo aedificabatur.		
4.	Ariadna Theseo filum longum dat.		
5.	Minos multos filios habebat.		
6.	Minotaurus filius tauri et uxoris Minois erat.		



7.	Rex Cretae monstrum pueris et puellis vivis alebat.		
8.	Labyrinthus erat magnificum aedificium unde homines exire nesciebant.		
9.	Theseus non mutabat vela atra candidis velis.		
10.	Ariadna, filia regis, Theseum ob virtute eius amabat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quid Minotaurus erat?
- Cuius filius est monstrum?
- Ubi Minos Minotaurum claudit?
- Quomodo alebatur monstrum?
- Quid Ariadna Theseo dat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Minos,, filium horridum habebat. Nomen filio ... erat. ... magnus et ferox erat. ... in corpore ... caput ... habebat. Ob ea causa Minos Minotaurum inclaudebat. Rex Cretae monstrum ... et alebat. Quotannis ... pueros et ... puellas monstrum devorabat. Theseus ... necare constituit. Itaque cum ... in Creta venit. Ibi ... Theseo ... et ... dat. Diu ... et ... pugnabant. Denique Minotaurus necabatur.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Ex amore Pasiphaë et tauri Minois monstrum natum erat nomine ...
 - Sphynx;
 - Cyclops;
 - Minotaurus.
- b) Rex Cretae filium uxoris taurique claudebat ...
 - in templo;
 - in labyrintho;
 - in carcere.
- c) Minos Minotaurum alebat ...
 - iuvenibus vivis;
 - animalibus et hominibus vivis;
 - virginibus Vestalibus.
- d) Minotaurus in corpore humano habebat. ...
 - caput caprae;
 - alas et ungulas;
 - caput tauri.

- e) Rex Minos filiam habebat nomine...
- Eurydica;
 - Ariadna;
 - Proserpina.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XX. De Graecōrum et Romanōrum scriptoribus

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Non solum virōrum fortium, sed etiam scriptorum insignium Graecia patria erat. Poëtae Graeciae antiquae carminibus suis animos hominū et antea delectabant, et nunc delectant, et semper delectābunt. Nam immortalia sunt carmina Homeri, qui acia proelia Graecōrum et Troianōrum narrat. Apud Athenienses studium litterarum in magno honore erat, et gloria virorum, doctrina sua, insignium magna erat. Multi viri docti in Athenis, capite civitatis Atheniensium, erant. Nota sunt nomina philosophorum et scriptorum Graecōrum. Socrātes, Plato, Aristotēles philosophi erant, scriptores – Herodōtus, Thucydides, Xenōphon. Praecepta Socratis ex libris scimus. Numērus librorum Platonis ingens est.



Multi viri docti in Athenis, capite civitatis Atheniensium, erant. Nota sunt nomina philosophorum et scriptorum Graecōrum. Socrātes, Plato, Aristotēles philosophi erant, scriptores – Herodōtus, Thucydides, Xenōphon. Praecepta Socratis ex libris scimus. Numērus librorum Platonis ingens est.

Inter antiquos scriptores Romānos princeps est Marcus Tullius Cicero. Multa opēra clari oratoris nobis nota sunt, exempli causa: «De legibus», «De arte orationis», «De officiis», «Tusculanae disputationes». Libri et orationes Ciceronis

etiam nunc homines delectant. Praeter Ciceronem Sallustius, Caesar, Livius, Tacitus egregii scriptores erant. Augusti aetate in urbe Roma artes et litterae florebant. In numero poetarum et amicorum Augusti Vergilius et Horatius erant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Sallustius, Caesar, Livius, Tacitus egregii scriptores Graeci erant.		



2.	Vergilius et Horatius amici imperatoris Augusti erant.		
3.	Socrātes, Plato, Aristotēles philosophi Graeci erant.		
4.	In Roma artes et litterae non florebant.		
5.	Homerus proelia Graecorum et Troianorum describebat.		
6.	Liber Ciceronis «De officiis» nobis ignotus est.		
7.	In numero amicorum Augusti Caesar et Cicero erant.		
8.	Caesar libros de bello Gallico scribebat.		
9.	Herodotus, scriptor Graecus, multarum gentium mores describebat.		
10.	Graecia virorum fortium et scriptorum insignium patria erat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Qui scriptores egregii in civitate Romana erant?
- Cuius carmina de proeliis Graecorum et Troianorum immortalia sunt?
- Estne Plato poëta insignis?
- Cuius libri et orationes homines delectabant?
- Quando in Roma artes et litterae florebant?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Graecia antiqua et patria erat. Studium litterarum apud ... in erat. Nomina ... et ... Graecorum nobis nota sunt. Socrātes, Plato, Aristotēles ... egregii erant, ..., ..., ... scriptores clari. ..., ..., ..., ... egregii scriptores Romani erant. Inter scriptores Romanos ... Cicero est. Nota sunt ... multa Ciceronis. Aetate ... artes et litterae in civitate Romana florebant. Poëtae ... et ... amici ... erant.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) In carminibus Homeri legimus ...
- de proeliis Graecorum et Troianorum;
 - de vita antiquorum populorum;
 - de moribus Graecorum et Romanorum.

- b) Apud Athenienses in magno honore erat ...
- studium rei militaris;
 - studium litterarum;
 - studium agriculturae.
- c) Clari philosophi Graeci erant ...
- Herodotus, Thucydides, Xenophon;
 - Sallustius, Caesar, Livius;
 - Socrates, Plato, Aristoteles.
- d) Augusti aetate in urbe Roma florebant ...
- rapinae et scelera;
 - artes et litterae;
 - pax et amor.
- e) In numero poetarum et amicorum Augusti erant ...
- Caesar et Cicero;
 - Socrates et Plato;
 - Vergilius et Horatius.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXI. De Achille

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Celeber erat Achilles, filius Pelei regis et Thetidis deae. Mater infantem suum in aquam Stygis immergebatur. Aqua fluvii corpus Achillis invulnerabile faciebat. Attamen talus pedis dextri vulnerabilis manebat. Multae Graecorum civitates bellum cum Troianis geriebant. Duces clari ad Troiam pugnabant. Sed Achilles inter puellas vitam agebat, nam ita matri placebat. In villam, ubi Achilles habitabat, venit Ulixes. Quid videt? Puellae variis laboribus operam dant. Ubi est Achilles? Ulixes ignorat, sed vir peritus est. Itaque arma monstrat. Puellae fugiunt; Achilles, puer virtute clarus, manet. Tum Ulixes: «Mecum ad bellum Troianum propere!» Ita Achilles particeps belli Troiani fit (став). Troiani autem, qui de vulnerabili talo Achillis nihil audiebant, frustra Thetidis filium telis petebant. Nullo modo Achillem vulnerare poterant. Postrimo Apollo sagittam Paridis in talum dextri pedis Achillis dirigit et herodem necat.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Haephestus scutum et arma Achilli fabricabat.		
2.	Achilles filius Pelei et Thetidis erat.		
3.	Graeci cum Troianis bella gerebant.		
4.	Mors Patrocli Achilli dolores acres dat.		
5.	Nullō modō Troiani Achillem vulnerāre potērant.		
6.	Achilles Hectorem, virum fortem, necat.		
7.	Apollo sagittā Paridis Achillem necat.		
8.	Mater filium suum in aquam Stygis immergebat.		
9.	Centaurus Chiron Achillem educabat.		
10.	Achilles particeps belli Troiani erat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Cuius filius Achilles erat?
- Qua pars corporis Achillis invulnerabilis erat?
- Ubi Achilles infans vitam agebat?
- Ut Achilles particeps belli Troiani fit?
- Quis Achillem necat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Achilles filius ... et ... erat. Mater filium suum in ... Stygis immergebat. Aqua ... corpus Achillis ... faciebat. Talus vulnerabilis manebat. Achilles vitam inter ... agebat. Ita ... placebat. Aliquando ... in villam venit. Vir peritus ... monstrat. Puellae fugiunt, Achilles Ulixes ... ad bellum Troianum vocat. Ita Achilles ... belli Troiani fit. Nullo modo ... Achillem ... poterant. Postremo ... sagittam in talum dirigit et ... necat.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Achilles erat filius ...
- Iovis et Iunonis;
 - Pelei regis et Thetidis deae;
 - Plutonis et Proserpinae.


- b) Mater filium Achillem immergēbat ...
 - in aquam Tiberis;
 - in mare altum;
 - in aquam Stygis.
- c) Talus vulnerabilis manēbat ...
 - pedis dextri;
 - pedis sinistri;
 - pedum pueri.
- d) Ulixes, vir peritus, in villa Achilli monstrat ...
 - decora;
 - arma;
 - vestam.
- e) Sagittam Paridis in talum dextri pedis Achillis dirigit ...
 - Apollo;
 - Hector;
 - Iuppiter.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXII. De Chimaera

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Chimaera in montibus altis asperisque Lyciae habitabat. Habebat trium bestiarum partes: caput leonis, corpus caprae, caudamque draconis. Alae fortes in lateribus Chimaerae erant. Fauce leonis ignis efflabatur. Chimaera de montibus devolans pecudes rapiebat omnemque populum Lyciae terrebat. Nemo deprehendere nec vincere Chimaeram poterat. Bellerophon a rege Lyciae Chimaeram occidere rogatur; habet enim equum alte volantem Pegasus nomine. Pegasus citior Chimaera est et equitem in caelum tollens bestiam deprehendit. Gladio acuto Bellerophon Chimaeram occidit; de caelo bestia flammans igne suo in terram cadit et incendium magnum facit. Multa post saecula in vallibus Lyciae homines carbones inveniunt. Bellerophon Pegasus post victoriam dimittit; ubi equus ungula tundit, fons aquae purissimae in montibus scatet.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Chimaera caudam leonis habebat.		
2.	Chimaera pecudes rapiebat.		
3.	Alae in lateribus Chimaerae erant.		
4.	Populus Graeciae Chimaeram non timebat.		
5.	Bellerophon, filius Glauci et Eurynomae, nepos Sisyphi, erat.		
6.	Bellerophon in Lycia Chimaeram vincit et necat.		
7.	Post multa saecula in vallibus Lyciae homines metalla varia inveniunt.		
8.	Bellerophon equum Pegasus nomine habebat.		
9.	Pegasus citior ceteris equis erat.		
10.	Chimera faciem taurinam habebat.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Ut Chimaera populum Lyciae terrebat?
- Ubi Chimaera habitabat?
- Quis citior quam Chimaera est?
- Quis Chimaeram vincere poterat?
- Quis Chimaeram occidit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Chimaera corpus ..., caput ..., caudam ... habebat. Chimaera in montibus ... habitabat. Saepe ... rapiebat et incolas Lyciae Nemo ... Chimaeram poterat. Bellerophon Chimaeram necat. De caelo bestia ... cadit et incendium facit. Post multa saecula in vallibus Lyciae homines ... inveniunt.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Chimaera habitabat ...
- in montibus Lyciae;
 - in montibus Atticae;
 - in montibus Cretae.

- b) Chimaera habebat corpus ...
 - draconis;
 - leonis;
 - caprae.
- c) Bellerophon habebat equum nomine ...
 - Phaëthon;
 - Pegasus;
 - Phobos.
- d) Bellerophon Chimaeram occidit ...
 - sagitta;
 - hasta;
 - gladio.
- e) Multa post saecula in vallibus Lyciae homines inveniunt ...
 - carbones;
 - aurum et argentum;
 - metalla varia.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXIII. Perseus et Medusa

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Aliquando Perseus, filius Iovis, originem divīnam demonstrāre cupiēbat. Rex Polydectes iuveni caput Medusae, puellae cum serpentibus in locō comae, portāre imperat. Gorgo in saxum mutābat eos homīnes, qui faciem eius spectābant. Popūlus Medusam propter malam eius potentiam timēbat. Perseus eam necāre constituit. Pluto Perseo galeam magicam donat, Mercurius – soleas alātas, Minerva – scutum splendīdum. Diu Perseus per multas terras et regiones errābat. Deinde Perseus gladiō magicō Medusam interficit et caput eius in saccum dat. Sanguis Medusae e sacco in terram cadēbat, e guttis sanguinis serpentes oriebantur, qui postea partem Africae in locum desertum mutābant.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Neptunus tamen, cum Medusam vidēbat, amōrem inflammabātur.		
2.	Perseus filius Iovis erat.		
3.	Acrisius volebat Perseum nepotem suum necare; nam propter oraculum puerum timebat.		
4.	Perseus gladiō magicō Medusam interficit.		
5.	Perseus cum matre sua vitam beatam agebat.		
6.	Gorgo in saxum mutābat eos homīnes, qui faciem eius spectābant.		
7.	Minerva speculum Perseo dat.		
8.	Diu Perseus per multas terras et regiones errābat.		
9.	Medusa, soror mortalis Sthenonis et Euryales, immortalis erat.		
10.	Pluto Perseo galeam magīcam donat.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Quod Perseus demonstrare cupiebat?
- Quod rex Polydestes iuveni imperat?
- Quid Medusa in loco comae habebat?
- Cur homines Medusam timebant?
- Quis Medusam interficit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Medusa puella cum ... in loco ... erat. Homines ... Gorgonis timebant. Medusa ..., qui ... eius spectabant, in ... mutabat. Perseus,, Medusam Gorgonem ... constituit. Dei Perseo dona varia dant: Pluto –, Mercurius –, Minerva – Diu ... Medusam quaerebat, per multas terras Deinde Medusa interficit. Perseus ... Medusae in ... dat. E sacco ... sanguinis in terram cadebant, e guttis ... oriebantur.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Rex Polydectes Perseo portāre imperat ...
- saccum ventorum;

- caput Medusae;
 - gladium mirum.
- b) Gorgo Medusa erat puella ...
- cum oculis horridis;
 - cum minibus longis;
 - cum serpentibus in locō comae.
- c) Mercurius perseo donat ...
- soleas alātas;
 - scutum splendīdum;
 - galeam magīcam.
- d) Perseus Medusam interficit ...
- sagittā;
 - hastā longā;
 - gladiō magicō.
- e) E guttis sanguinis Medusae oriebantur ...
- bestiae ferae;
 - serpentes;
 - pisces.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXIV. De Parīdis iudicio

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

In Olympo praeclarae nuptiae Pelei et Thetidis erant. Omnes



dei et deae adērant. Solum dea Discordia abērat. Irāta dea malum aureum cum inscriptione «Pulcherrimae» inter epulantes iactābat. Statim inter Iunōnem, Minervam et Venērem maxima discordia erat. Sed Iuppīter vocat deum Mercurium et dicit: «Mitto deas tecum in montem Idam; ibi pastor Paris pulcherrimam

eliget». Paris erat filius regis Priami et iuvenum pulcherrimus. Iuno prima, quod coniunx deōrum regis erat, Parīdi promittēbat: «Si a te malum accīpiam, divitissimus, nobilissimus, fortissimus omnium virōrum eris, in omnibus gentibus imperium habēbis». Deinde Minerva talia verba dicēbat: «Da malum mihi et prudentissimus et sapientissimus eris». Postrēmo Venus iucundissimo voce: «Si malum mihi dabis, Helēna, pulchrior cetēris mulieribus, tua erit». Paris non



dubitans malum Venēri dat. Post Parīdis iudicium maxima erat Iunōnis et Minervae ira. Paris autem Venēris auxilio Helēnam, regis Spartae coniugem, feminārum formosissimam rapēre potērat. Tale erat initium belli Troiāni.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Dea Discordia erat irata quod ea ad nuptias non invitabatur.		
2.	Discordia malum aureum inter deas iactabat.		
3.	Paris navigabat ad Spartam nubere Helenam, pulcherrimam feminarum.		
4.	Minerva Paridi sapientiam et potentiam promittebat.		
5.	Paris filius Priami, regis Troianorum erat.		
6.	Venus Helenam, pulcherrimam mulierum, Paridi promittebat.		
7.	Hecuba mater Paridis erat.		
8.	Paris iudex litis dearum erat.		
9.	Menelaus, vir Helenae, bellum parabat.		
10.	Iuno Paridi divitias magnas promittebat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Cur dea Discordia irata erat?
- Quid irata dea inter epulantes iactavit?
- Quis iudex litis dearum erat?
- Quem Venus Paridi promittebat?
- Qualis erat initium belli Troiani?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Erant ... regis ... et ... deae. Omnes dei invitati erant, praeter Irata ... malum aureum inter epulantes iactabat, in quo inscriptio erat «Pulcherrimae». Diu Iuno, Minerva, Venus de ... certabant. Paris iudex litis ... Iuno Paridi ..., Minerva ..., Venus ..., pulcherrimam mulierum, promittebat. Paris Veneri malum tradit. Paulo post Paris ..., Menelai regis uxorem, rapit. Hinc bellum ... incipitur.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) In Olympo praeclarae nuptiae erant ...
• dei Martis et Rheae Silviae;
• regis Pelei et Thetidis deae;
• Iovis et Iunonis.
- b) Irata dea Discordia inter epulantes iactabat ...
• malum argenteum;
• pilam magnam;
• malum aureum.
- c) Iudex litis Iunonis, Minervae et Veneris erat ...
• Iupiter;
• Paris;
• Mercurius.
- d) Minerva Paridi promittebat ...
• prudentiam et sapientiam;
• Helenam, pulcherrimam mulierum;
• fortitudinem.
- e) Paris non dubitans malum aureum dat ...
• Minervae;
• Iunoni;
• Venēri.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXV. De exercitu Romano

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Exercitus Romanus ex peditatu et equitatu constabat. Praeterea in exercitu alarii erant, quos Romani ex sociis, incolis provinciarum, praecipue ex Gallis, conscribebant. Exercitus Romani pro patria saepe pugnabant et victoriis suis magnam gloriam patriae praebebant. Cives Romani exercitui et ducibus eius gratias maximas agebant, nam oppida eorum, vici, agri, ipsa Roma et templa deorum ab eis saepe defendebantur. Poetae Romani duces claros et milites fortes in carminibus suis laudabant et



facinora praeclara eorum celebrabant. At Romani non solum patriam ab hostibus semper defendebant, sed etiam exercitus suos in alienas terras mittebant. Cantu cornuum et tubarum milites ad pugnam vocabantur et, impetus facientes, oppida vicosque hostium expugnabant, agros vastabant, incolas capiebant et in servitutum vendebant. Terras victas Romani provincias nominabant. Prima provincia Romanorum, post bellum Punicum capta, Sicilia erat. Postea multas alias provincias Romani habebant. Incolis provinciarum Romani magna tributa et vectigalia imponebant. Itaque multis populis exercitus Romani causa terroris et doloris erant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Duces Romani magnum usum in bello habebant et milites fortes erant.		
2.	Exercitus Romanus pro patria pugnabat.		
3.	Exercituum Romanorum gloria magna erat.		
4.	Cornua et tubae exercitum ad pugnam vocant.		
5.	In exercitu Romano peditatus equitatum numero superabat.		
6.	Exercitui Romāno popūlus gratias agēbat, nam oppīda, vicos, agros, templa deōrum defendēbat.		
7.	Exercitus Romanus ex equitatu et peditatu constabat.		
8.	Poētae saepe laudant exercitus, qui patriam defendant.		
9.	Romani exercitum magnum habebant.		
10.	In exercitu Romano legiones, centuriae et aliae partes erant.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis exercitui Romano gratias agebat?
- Quo duces et milites Romanos laudabat?
- Quo Romani exercitus suos mittebant?
- Quod Romani incolis provinciarum imponebant?
- Estne exercitus Romanus populis multis causa laetitiae?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Olim ex peditatu et equitatu constabat. Exercitus Romani ex ..., et ... constabat. Exercitus Romani pro patria Milites Romani ..., ..., ... ab hostibus defendebant. Duces et milites ... erant. Poëtae facinora ... et ... in carminibus suis celebrabant. Multis populis causa ... erant.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Exercitus Romanus constabat ...
 - ex servis et peregrinis;
 - ex peditatu et equitatu;
 - ex militibus fortibus.
- b) Exercitus Romanus defendebat ...
 - vicos, agros, templa deorum;
 - feminas et senes;
 - libertatem civium.
- c) Milites Romani expugnabant ...
 - templa et aras deorum;
 - terras finitimas;
 - oppida vicosque hostium.
- d) Prima provincia Romanorum erat ...
 - Sicilia;
 - Corsica;
 - Sardinia.
- e) Multis populis milites Romani erant ...
 - causa gaudii et laetitiae;
 - causa terroris et doloris;
 - causa discordiae et belli.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXVI. De Daedalo et Icaro

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Daedalus, artifex clārus, in insula Creta labyrinthum aedificāvit. Sed rex Minos Daedalum et Icarum in labyrintho inclusit. Daedālus autem vir peritus fuit. Pater et filius mirabili modo e labyrintho fugērunt.

Daedalus in labyrintho cum filiō suō intra muros errābat, nec exitum invenire poterat, esti ipse labyrinthum aedificaverat. Vir audax per aërem effugere constituit. «Minos, qui terrae marique imperat, dominus aëris non est, – inquit, – per aërem hinc evolabimus. Hoc est consilium meum». Icarus inquit: «Homīnes sumus, non aves. Nemo



nisi deus natūrā suam mutāre potest. Aves natūrā volāre possunt, homīnes non item». Tum Daedalus: «Multas res mirabiles iam confeci. Alas quoque conficere possum, quamquam opus haud facile est».

Daedalus igitur sibi et filio ex pennis alas ingentes confecit. Pennas cerā iunxit et in lacertis fixit. «Nunc carcerem nostrum effugimus – libēri sumus» – dicit Daedalus et cum filio e labyrintho evolāvit. Sed puer in summum caelum ascendit. Ignis solis ceram mollivit et pennas ussit. Atque miser Icarus ante patris oculos in altum mare cecidit. Ita undae Icaro sepulcrum fuērunt. A nomine eius mare Icarium appellātur.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Daedalus, artifex clarus, casu hominem necavit.		
2.	In Creta Daedalus iussu regis labyrinthum aedificavit.		
3.	Daedalus in Siciliam incolumis pervenit.		
4.	Artifex filio et sibi alas ex penna et cera fabricavit.		
5.	In labyrintho monstrum Minotaurus vivebat.		
6.	Daedalus per aërem effugere constituit.		
7.	Tyrannus Daedalum cum filio in labyrintho inclusit.		
8.	Daedalus in Italiam pervenit et in templo alas deis dedicavit.		
9.	Icarus in undas maris cadit.		
10.	Unus ex Daedali discipulis clarior magistro fit.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quid Daedalus in Creta aedificavit?
- Quis est filius Daedali?
- Ubi Minos Daedalum et Icarum inclusit?
- Quomodo Daedalus alas fecit?
- Cur Icarus in mare cecidit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

In ... iussu regis Minois ... labyrinthum aedificavit. Minos ... et ... retinuit et inclusit. Pater sibi et ... ex ... alas fecit. Daedalus cum Icaro e ... evolavit. Sed Icarus in ascendit. Ignis solis ... mollivit. Puer in mare

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Daedalus in Creta aedificavit ...
- templum;
 - labyrinthum;
 - aquaeductum.
- b) Daedalum et Icarum in labyrintho inclusit ...
- Menelaus, rex Spartaе;
 - Romulus, rex Romae;
 - Minos, rex Cretae.
- c) Daedalus effugere constituit ...
- per aërem;
 - per mare;
 - per terram.
- d) Daedalus sibi et filio fecit ...
- alas ingentes;
 - naviculam parvam;
 - gladium et scutum.
- e) Icarus ante patris oculos cecidit ...
- in vallem;
 - in mare;
 - in flumen.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXVII. De Nioba

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Nioba, Tantali filia, uxor erat Amphionis, regis Thebanorum. Haec propter potentiam et divitias mariti et propter suam pulchritudinem admōdum superba fuit, maxime autem ea de causa,



quod multos liberos habuit. Aliquando mulieres et virgines Latonae, matri Apollinis et Dianae, sacrificabant. Nioba eas vituperavit et: «Cur, inquit, – ei, non mihi sacrificatis? Pulchritudine, potentia, divitiis etiam genere ceteros homines supero. Tantalus mihi pater est, Iovem avum appello. Spectate liberos meos. Ego quattuordecim liberos habeo, Latona – duos».

Latona valde verbis Niobae irata fuit et statim liberos suos vocavit. Apollo: «Verba, – inquit, – istius Niobae poena digna sunt». Liberi Latonae in arcem Thebarum venerunt, et Apollo filios, Diana autem filias Niobae sagittis necaverunt. Maritus Niobae se ipse necavit. Ita superbia Niobae ipsi causa doloris fuit. Dei misericordiam Niobam in saxum mutaverunt, lacrimaeque eius et nunc manant.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Nioba filia Tantali erat.		
2.	Nioba uxor regis Thebanorum erat.		
3.	Nioba liberos non habebat.		
4.	Aliquando mulieres et virgines Latonae, matri Apollinis et Dianae, sacrificabant.		
5.	Apollo filios Niobae necavit.		
6.	Latona duos liberos habebat.		
7.	Nioba duos liberos habebat.		
8.	Maritus Niobae se ipse necavit.		
9.	Dei Latonam in saxum mutaverunt.		
10.	Apollo et Diana liberos Niobae sagittis necaverunt.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis erat Nioba?
- Cuius mater erat Latona?

- Quot liberos Nioba habebat?
- Cur Latona irata erat?
- Quem dei in saxum mutaverunt?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Nioba superba fuit propter ... et ... mariti. Maxime autem ea de causa, quod habuit. Latona autem filium ... et filiam ... habet. Aliquando ... Latonae, matri ... et ..., sacrificābant. Niōba ... vituperāvit. Nioba mulieribus dicit: “Cur ... sacrificatis? Pulchritudine, ..., ... etiam genere cetēros ... supēro. Ego ... libēros habeo, Latōna – Verba ... Apollinem et Dianam irritaverunt. Libēri Latonae ... Niobae sagittis necavērunt. Dei ... in ... mutaverunt.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- Nioba uxor erat ...
 - Amphitryonis, Thebarum regis;
 - Amphiōnis, regis Thebanōrum;
 - Menelai, regis Spartaē.
- Nioba maxime superba fuit, quod ...
 - potentiam habuit;
 - magnas divitias;
 - multos liberos.
- Nioba habebat liberos ...
 - duos;
 - quattuordecim;
 - septem.
- Apollo et Diana liberos Niobae necaverunt ...
 - sagittis;
 - veneno;
 - dolo.
- Dei Niobam mutaverunt ...
 - in rivum;
 - in montem;
 - in saxum.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXVIII. De Prometheo

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Post bellum contra Gigantēs, Olympiī deī totum imperium habent. In terrā multa animālia habitant sed hominēs non iam terram habitant. Fortasse maximus deus homines creat aut fortasse Promētheus





hominēs e terrā facit. Hi hominēs nunc ad caelum spectant et deōs adorant. Hominēs animālia sacrificant sed saepe parvus cibus remanet. Promētheus, filius Iapetī, saepe ad homines spectat et eos adiuvāre desiderat. Promētheus tunc consilium capit; Promētheus fraudāre Iovem desiderat. Promētheus sacrificium capit et tunc inīque dividit. Pōnit ossa in sebō sed carnem in coriō pōnit. Ille tunc Iovem vocat et dicit, «Necesse est tibi unum sacrificium legere atque alium sacrificium hominibus dāre». Iuppiter dolum cognoscit sed tamen ossa in sēbō legit. Deus dīcit: «Promētheus mē fallit! Ita vero, hominēs nunc carnem

habent sed poenam dō!». Iuppiter nunc est iratus et Promētheus est territus. Iuppiter ignem ā hominibus capit. Homines nunc frigidi sunt neque coenam coquere non possunt. Promētheus iterum Iovem fallit et ad homines flammās portat. Hominēs iterum calorem habent et non iam frigidi sunt, cēnam coquere possunt. Promētheus quoque alia dona hominibus dedit; homines nunc in casis habitābant, agrōs colēbant, de medicinā intellegēbant, naves navigābant, instrumenta faciēbant. Prometheum autem Vulcānus iussu Iovis in monte Caucāso ferreis catēnis ad saxum alligāvit cotidieque aquīla iecur Promethei devorābat. Iecōris pars, quam aquīla interdū devoravērat, noctu crescēbat. Ita Prometheus ingentes dolōres tolerābat.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Iuppiter omnes homines necare constituit.		
2.	Promētheus nunc erat tristis quod hominēs mala vidēbant.		
3.	Iuppiter dolum Promethei cognoscit.		
4.	Prometheus auxilio Minervae homīnes ex aqua et terra fecērat.		
5.	Vulcānus iussu Iovis ferreis catēnis ad saxum alligāvit.		

6.	Dei saepe Prometheum ad epūlas suas invitavērunt.		
7.	Promētheus iterum Iovem fallit et ad homines flammās portat.		
8.	Quamquam ira Iovis magna erat, genus humānum non delēvit.		
9.	Aquila cotidie partem iecoris Promethei devorabat.		
10.	Prometheus ingentes dolores tolerabat.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Quis homines e terra fecit?
- Quis desiderat homines adiuvere?
- Quo Prometheus Iovem fallit?
- Quis Prometheum ad saxum alligavit?
- Quid cotidie aquila devorabat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Olim Iuppiter ignem a ... capit. Homines coenam ... non possunt. Prometheus, ... filius, ... homines ... desiderabat. Prometheus ... de Olympo subduxit et hominibus Homines iterum ... habent, ... coquere possunt. Iuppiter ... erat. Vulcanus iussu ... Promatheum ad ... alligavit. Cotidie ... iecur ... devorabat. Prometheus tolerabat.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Promētheus erat filius ...
 - Iovis;
 - Iapeti;
 - Plutonis.
- b) Promētheus Iovem fallit et ad homines portat ...
 - aquam;
 - ignem;
 - exta hostiarum.
- c) Prometheum iussu Iovis ferreis catēnis ad saxum alligāvit ...
 - Tantalus;
 - Hercules;
 - Vulcanus.
- d) Cotidie iecur Promethei devorābat ...
 - aquīla;
 - columba;
 - anser.



- e) Homines adiuuare desiderat ...
- Vulcanus;
 - Prometheus;
 - Iuppiter.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXIX. De Hercule

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі

Hercūles, Iouis et Alcmenāe, muliēris mortālis, filius, vir fortissimus erat. Luno autem, regina deōrum, Alcmenam oderat et Hercūlem infantem interficere voluit. Itaque duas serpentes saevas misit. Hae, media nocte, in magnum scutum, ubi Hercūles cum fratre suo dormiebant, serpsērunt. Hercūles infans parvis manibus eārum colla comprehendit et magna vi strinxit. Ingenii quoque testimonium non deest: fluminis enim aquam in sordida regis Augiae stabula vertit; ita ingenti aquae copiā stercus e stabulis pellere potuit. Per orbem terrarum iter fecit mirisque factis hominum admiratiōnem movit. Is vir multas regiōnes a monstis periculōsis liberāvit: leōnem Nemaeeum necāvit et Hydram, monstrum, cui novem capita erant, interfecit. Etiam aprum Erymanthium, qui regiōnem vastābat, Hercūles cepit et ad Eurystheum regem adduxit. Etiam in Plutōnis regnum descendere constituit; ibi Cerberum canem, Inferōrum custōdem, vicit. Post mortem suam Hercules in numero deorum receptus est.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Hercules Iouis et Alcmenae filius erat.		
2.	Herculi est geminus nomine Iphicles.		
3.	Hercules fortitudine omnes mortales superabat.		

4.	Hercules draconem mala aurea Hesperidum custodientem interfecit.		
5.	Hercules infans serpentes duas interfecit.		
6.	In regno Plutonis Hercules Cerberum vicit.		
7.	Praeclari labores duodecim Herculis sunt.		
8.	Contra voluntatem suam Hercules Eurysteo servit.		
9.	Hercules regiones multas a monstribus liberavit.		
10.	Hercules aprum Erymthium ad regem Eurystheum adduxit.		

3. Дайте відповіді на питання.

- Cuius filius Hercules erat?
- Quis multas regiones Graeciae a monstribus liberavit?
- Quem Hercules in regno Plutonis vicit?
- Quis aprum Erymantium cepit?
- Quis post mortem in numero deorum receptus est?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

De Hercule, ... et ... filio, multae fabulae narrantur. Ab Hercule infante ... serpentes, a ... missae, necatae sunt. Ab eo viro ... a monstribus periculosis liberatae sunt. Multos annos ... regi Eurystheo servivit. Primum Hercules ... Nemeaeum necavit. Postea Hydra, ... cum ... capitibus, interfecta est. Etiam aper ... ab Hercule captus et ad Eurystheum adductus est. Post ... Hercules in numero ... receptus est.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Herculem infantem interficere voluit ...
- Alcmena;
 - Iuno;
 - Venus.
- b) Hercules stercus pepulit e stabulis ...
- regis Augiae;
 - regis Minois;
 - regis Amphitryonis.
- c) Hercules sine timore interfecit ...
- Hydram;
 - Medusam;
 - Sphingem.




- d) In regno Plutonis Hercules vicit ...
- Minotaurum;
 - Cerberum;
 - Pegasusum.
- e) Hercules cepit et ad Eurystheum regem adduxit ...
- aprum Erymanthium;
 - equum Pegasusum;
 - canem Cerberum.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXX. De annis, mensibus et diebus

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Romulo regnante, annus decem menses habebat et primus anni mensis Martius erat, qui a deo Marte nomen suum traxit. Secundus mensis erat Aprilis, a Venere deā, quae apud Graecos Aphroditae nomen habebat, appellatus. Tertius – Maius, a Maia deā, antiquissimā Italōrum deā, et quartus mensis Iunius a Iunone, Iovis uxore, nomen habebat. Quintus mensis primo Quintilis appellabatur et sextus

– Sextilis, sed postea Romāni Quintilem in Iulii Caesaris honorem Iulium nominavērunt, mensem autem Sextilem – Augustum, in Octaviāni Augusti honorem. Septimus mensis September appellabatur, octāvus – October, nonus – November, decimus – December. Numa, alter rex Romanōrum, numerum mensium duobus auxit et ordinem horum mutavit. Mensis Ianuarius a Iano, principii deo, et Februarius a februo, Romanōrum ritu sacro, appellatus est. Postquam Gaius Iulius Caesar anno quadagesimo sexto ante aeram nostram annum ad cursus solis accomodavit, annus trecentōrum sexaginta quinque diērum fuit, et unus dies quarto anno, qui bisextilis appellabātur, intercalabātur. Ianuarius primus anni mensis factus est, sed nomina aliōrum mensium mutata non sunt.

Alii menses anni tricenos, alii tricenos singulos dies, mensis autem Februarius duodetriginta aut undetriginta dies habebat. Primus mensis dies Kalendae appellabatur, quintus – Nonae, tertius decimus – Idus. Mensibus autem Martio, Maio, Iulio et Octobri Nonae fuerunt

septīmus, Idus – quintus decīmus mensis dies.

Postea mensis in septimānas divisus est. Dies septimānae fuērunt: Lunae dies, Martis dies, Mercurii dies, Iovis dies, Venēris dies, Saturni dies, Solis dies. Dies a nominibus deōrum et deārum appellati sunt.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Temporibus Romuli annus decem menses habebat.		
2.	Tempora momentis, horis, diebus, mensibus, annis, saeculis et aetatibus dividuntur.		
3.	Primus mensis dies Kalendae appellabatur.		
4.	Ianuarius sole in signo Capricornii et fines in signo Aquarii incipit.		
5.	Februarius duodetriginta aut undetriginta dies habēbat.		
6.	Numa, alter rex Romanōrum, numerum mensium duobus auxit et ordinem horum mutavit.		
7.	Ianuarius frigidissimus mensis anni est.		
8.	Dies a nominibus deōrum et deārum appellati sunt.		
9.	Sunt quattuor tempora anni: hiems, ver, aestas, autumnus.		
10.	Sex menses dimidium anni est.		

3. Дайте відповіді на питання:

- A quo mense incipit annus temporibus Romuli?
- Cur mensis nonus a numero septem nomen habebat?
- Quot dies sunt in anno?
- Qui mensis anni brevissimus est?
- A quo nominator mensis Iulius?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Antiquissimus ... apud Romanos annus fuit ... mensium. Primo mensi nomen fuit ..., quinto ..., sexto ..., septimo ..., octavo ..., ... November, ... December. ..., alter rex, numerum mensium duobus



auxit et ordinem horum mutavit. Postea Romani Quintilem mensem ..., Sextilem ... nominaverunt. Primo mensis diei nomen fuit ..., quinto ..., ... Idus, mensibus autem ..., ..., ..., ... septimo diei nomen fuit Nonae, ... quinto decimo. Mensis triginta aut triginta unum, solus Februarius duodetriginta aut undetriginta dies continet.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Romulo regnante, annus habebat ...
 - duodecim menses;
 - decem menses;
 - novem menses.
- b) Mensis erat Aprīlis nomen traxit ...
 - a Vesta deā ;
 - a Iunone deā ;
 - a Venere deā .
- c) Quintus dies mensis appellabatur ...
 - Kalendae;
 - Idus;
 - Nonnae.
- d) Gaius Iulius Caesar annum ad cursus solis accomodavit ...
 - anno quingentesimo sexto ante aeram nostram;
 - anno quadragesimo quinto ante aeram nostram;
 - anno quadragesimo sexto ante aeram nostram.
- e) Mensis Februarius habēbat ...
 - undetriginta dies;
 - duodetriginta aut undetriginta dies;
 - duodetriginta dies.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXXI. De Vulcāno

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Vulcānus, Iovis et Iunōnis filius, in Olympō claro natus est. Is erat defectus et claudus infans. Irāta Iuno filium de Olympo deiecit. Vulcānus in mare decidit et a deis marinis educātus erat. Deus Vulcānus claudus, sed validus erat. Is deus ignis et faber deōrum admirabilis factus est. Magna cum cura regiam splendidam deorum dearumque in summo Olympo aedificavit. Vulcanus quoque splendidum atrium in regia aedificavit; huc Iuppiter concilium convocabat. In atrio erant magnae statuae; statuae gemmis ornatae erant. A fenestris apertis di Olympi terras et aquas terrarum videre poterant. Vulcanus quoque galeas aureas, scuta magna, hastas longas faciebat, exempli



gratia fulgur Jovis, gladius Martis, scutum Minervae. Deis arma Vulcanus dabat, sed quoque aliis populis. Sed Vulcānus matrem suam vindicāre volēbat, sella magnifica aurea ab eo incūsa et matri in donum missa erat. Sed ubi Iuno in sellam sedērat, ad hanc alligāta est. Nemo eam liberāre potuit. Ad Vulcānum misērunt. Is diu recusābat, sed postea Olympum ebrius devectus est et mater ab eo liberāta est. Vulcānus in Olympo vivēre mansit.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Vulcanalia sunt feriae Vulcani, quae 23 Augusti incipiunt.		
2.	Vulcanus deus Romanus ignis et faber deorum erat.		
3.	Vulcanus regiam splendidam deorum dearumque in summo Olympo aedificavit.		
4.	Arma deorum a Vulcano creata sunt, exempli gratia fulgur Jovis, gladius Martis, scutum Minervae.		
5.	Vulcānus matrem suam vindicāre volēbat.		
6.	Vulcanus erat defectus et claudus infans.		
7.	Mater Vulcani Iuno erat, pater – Iuppiter.		
8.	Vulcanus sellam auream matri fabricavit.		
9.	Nato Vulcano, mater de Olympo filium deiecit.		
10.	Thetis, nympa maris, parvulum Vulcanum invenit.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Quis erat Vulcanus?
- Cur Iuno filium suum de Olympo deiecit?
- Quis Vulcanum invenit et educavit?



- Quem Vulcanus vindicare volebat?
- Ubi Vulcanus vivere mansit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Vulcanus filius ... et ... erat. Vulcanus ... et claudus infans erat. Irata mater filium suum de Olympo Vulcanus in ... decidit. Dei marini ... educaverunt. Postea Vulcanus factus est. Vulcanus regiam splendidam deis in ... aedificavit. Is fulgur ..., gladius ..., scutum ... fabricavit. Sed faber ... vindicare volebat. Vulcanus matri ... fecit; sella erat valde pulchra. Vulcanus sellam ... misit. Iuno pulchram sellam videt, et considit in Subito, sella ... capit! Iuno non potest surgere e ...! Nemo uxorem Iovis ... poterat. Ad ... miserunt. Vulcanus in ... vivere mansit.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Vulcanus erat filius ...
 - dei belli;
 - dei caeli et terrae;
 - dei regni inferni.
- b) Iuno filium defectum deiecit ...
 - de Olympo;
 - in mare altum;
 - de montibus altis.
- c) Vulcanus fabricavit ...
 - scutum Achillis;
 - gladium Thesei;
 - gladium Martis.
- d) Vulcānus matrem suam volēbat ...
 - adiuvāre;
 - vindicāre;
 - vincēre.
- e) Vulcanus matri in donum missit ...
 - malum aureum;
 - speculum mirum;
 - sellam auream.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXXII. De Musis

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Musae Iovis filiae et Mnemosynēs, deae memoriae, sunt. In monte Parnasso cum Apolline habitant. Hae novem doctae sorōres nominantur.



nam deae artium et scientiarum putantur, nomina autem earum Graecae originis sunt. Prima Musarum Calliope vocatur et Musa poësis epicae atque mater Orphëi putabatur. Secunda est Euterpe, musicae Musa. Tertia – Erato, quae Musa carminum amatoriörum habetur. Quarta est Melpomene, Musa tragoediae atque poësis lyricae vocatur. Quinta nominatur Thalia, Musa comoediae atque dea epularum et festarum est, deinde atque Musa carminum pastoralium appellatur. Sexta, Terpsichore nominata, Musa est saltationis atque chororum, eadem mater Sirënum putatur. Septima est Clio, quae primum dea nuntia habebatur, nunc Clio Musa historiae dicitur. Octava nomine Urania Musa est astronomiae. Denique nona, cuius nomen Polyhymnia est, Musa hymnorum sacrörum deinde etiam symphoniae putatur. Musae sunt comites fidèles Apöllinis, qui Musarum choros praecedit.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Musae poëtarum patronae sunt.		
2.	Filiae Iovis in alto Olympo habitant.		
3.	Euterpe musicae Musa est.		
4.	Melpomene Musa historiae putatur.		
5.	Urania, Musarum ultima, scaenicas operas dirigit.		
6.	Calliope Musa poësis epicae atque mater Orphëi putabatur.		
7.	Clio nuntia deörum habebatur.		
8.	Polyhymnia Musa hymnorum sacrörum et symphoniae putatur.		



9.	Musae filiae Gaeae et Urani erant.		
10.	Urania in mythologia Graeca est Musa astronomiae.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Quot Musae sunt?
- Ubi Musae habitant?
- Cuius comites Musae sunt?
- Estne Urania Musa eloquentiae?
- Qua Musarum comoediae Musa putatur?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Olim ... Musae erant. Sorores ... et deae ... filiae erant. Musae in monte ... cum Apolline habitabant. Musicae Musa ... erat. Polyhymnia ... curabat. Clio ... docebat. Comoediae Musa ... erat, tragoediam ... procurat. Urania Musa ... putabatur. Nona, cuius nomen ... erat, Musa hymnōrum sacrōrum deinde etiam symphoniae putabātur.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Musae erant Iovis filiae et deae ...
 - sapientiae;
 - memoriae;
 - silvarum.
- b) Tertia Musārum vocātur ...
 - Erato;
 - Calliope;
 - Polyhymnia.
- c) Musa historiae erat ...
 - Urania;
 - Clio;
 - Euterpe.
- d) Nona Musa nomine Polyhymnia est Musa ...
 - poēsis epicae;
 - astronomiae;
 - hymnōrum sacrōrum.
- e) Musae cum Apolline habitabant ...
 - in agris et pratis;
 - in monte Parnasso;
 - in monte Olympo.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXXIII. Rex mortis

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Initio di in summo Olympo habitabant; Titani in terra habitabant. Titani invidiosi autem longis bellis pugnabant et Olympum occupare temptabant. Denique post multos annos di Olympi Titanos superaverunt.

Post victoriam Iuppiter in concilio deorum et dearum dixit: «Non iam Titani terram

habebunt; sub terra in Tartaro obscuro habitabunt. Ego et terram et caelum habebō». Neptuno Iuppiter dixit: «Tibi, Neptune, regnum aquarum dabo; tu eris rex fluviorum et Oceani». Deinde rex deorum dixit: «Tu, Pluto, eris rex Orci obscuri; tu regnum mortuorum habebis». Itaque Pluto est rex regionis subterraneae; in magna regia habitat, sed regia non est pulchra. Orci tenebrae numquam solis gratō lumīne illustrabantur. Canis triceps, Cerberus nomine, prope ianuam regiae semper vigilat; foeda sunt bestiae capīta, horrīdi in capītibus oculi. Circum regiam sunt silvae densae; in silvis umbrae mirae errant. Regnum subterraneum semper obscurum est. Circum Orcum est fluvius Styx, frigidus et obscurus. Deus Mercurius mortuos ad ripas fluvii ducit; parva navicula nauta Charon mortuos trans fluvium frigidum portat. Charon mortuos sine pecunia portare recusat. Itaque mortuus, qui pecuniam non habet, prope ripam fluvii per centum annos errat. Denique post centum annos Charon miseris umbras trans fluvium portabit sine pecunia.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Plutonis regnum sub terrā situm est et Orcus appellatur.		
2.	In Orco iudices severi vitae morumque hominum mortuorum sunt.		
3.	Stygiarum aquarum custos Charon est.		
4.	Malorum hominum animae in Tartaro collocabantur.		



5.	Infernōrum flumīnum aquae terrārum incōlas ab Orcō separābant.		
6.	Canis triceps, Cerberus nomine, prope ianuam regiae semper vigilabat.		
7.	Charon mortuōrum homīnum anīmas naviculā parvā in Orcum transportat.		
8.	Mortuus, qui pecuniam non habet, prope ripam fluvii per centum annos errat.		
9.	Elysium magnae virtutis praemium erat.		
10.	Orci tenebrae numquam solis lumīne illustrabantur.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Cur Titani contra deos pugnabant?
- Ubi Pluto habitabat?
- Quid Cerberus faciebat?
- Quis mortuos ad regnum Plutonis ducebat?
- Quot annos mortui sine pecunia in ripa errabant?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Regnum ... sub terrā situm erat et ... appellabātur. Orci tenebrae numquam ... lumīne illustrabantur. Infernōrum ... aquae terrārum incōlas ab Orcō separābant. Notum erat flumen nomine Stygiārū aquārū custos ... erat. Charon mortuōrum homīnum anīmas ... in Orcum transportābat. Charon mortuos sine ... portare recusat. Ad ianuam Orci ... habitābat. ... appellabātur. Somno Cerberus numquam recreabātur.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Olim Olympum occupare temptabant ...
- Cyclopes;
 - Titani;
 - dei deaeque.
- b) Pluto est rex ...
- caeli et terrae;
 - fluminum et marium;
 - regionis subterraneae.
- c) Prope ianuam regni Plutonis semper vigilat ...
- Cerberus;
 - Minotaurus;
 - Sphinx.

- d) In Orco est fluvius ...
- Tiberis;
 - Acheron;
 - Styx.
- e) Mortuos trans fluvium frigidum parva navicula portat ...
- Mercurius;
 - Charon;
 - Pluto.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXXIV. Daphne et Apollo

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.



Daphne erat nympa silvarum. Arbores, flores, et animalia Daphne amabat. In silvis Thessaliae habitabat. Daphne multis grata est, quod est pulchra. Multi nympam in matrimonium ducere desiderabant. Daphne autem matrimonium semper recusat. «Libera esse desidero», dicit. «In silvis sola errare amo, matrimonium recuso».

In silva propinqua autem parvus deus Cupido habitabat. Per densam silvam errare amat quoque Cupido. Olim Cupido in silva ambulat. In pharetra et sagittas aureas et sagittas plumbeas portat. Deus Phoebus Apollo puerum videt parvum. Apollo iocose dicit: «Multas sagittas in tua pharetra portas, sed tuae sagittae bestias necare non possunt. Pharetram habes magnum, sed in pharetra sunt parvae sagittae aureae et plumbeae».

Celeriter Cupido sagittam auream mittit. Sagitta vulnerat Phoebum. Mox Phoebus Apollo pulchram nympam Daphnem videt, statim deus nympam in matrimonium ducere desiderat. «Te amo, Daphne» – dicit Phoebus. «Sagitta aurea Cupidinis me vulneravit. Sum deus medicinae, sed nulla medicina me iuvare potest. Tu sola me iuvare poteris. Te amo, te in matrimonium ducere desidero.»

Daphne territa per silvam properat, Apollo quoque properat. Denique Daphne properare non iam potest; territa nympa orat: «Servate me, di benigni! Mutate formam meam! Tum Apollini grata non ero».



Statim di benigni formam nymphae mutant. Non iam comam, sed folia habet Daphne. Non iam brachia, sed ramos habet. Daphne est pulchra laurus. Apollo laurum pulchram spectat et dicit: «Non iam es nympha, sed te amo, Daphne. Mea laurus es. Corona laurea erit semper signum victoriae».

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Apollo Daphnem in matrimonium ducere desiderat.		
2.	Arma Cupidinis sagittae argenteae et aureae sunt.		
3.	Cupido sagitta aurea Daphnem vulnerat.		
4.	Cupido sagitta aurea Apollinem vulnerat.		
5.	Daphne, foeda nympha, in silvis Atticae habitat.		
6.	Di formam nymphae mutant: brachia sunt rami, coma est folia.		
7.	Territa Daphne plorat et orat formam mutare.		
8.	Multi viri nympham in matrimonium ducere desiderabat.		
9.	Pulchra laurus est nova forma nymphae.		
10.	Signum victoriae corona rosae semper erit.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Ubi nympha Daphne habitat?
- Cur Daphne matrimonium recusat?
- Cur Cupido sagittam auream mittit?
- Quem sagitta aurea vulneravit?
- Quis formam nymphae mutat?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Daphne in Thessalia ... Daphne ... nympha ab hominibus antiquis putabatur. Arbores, ... et ... Daphne amabat. Olim Cupido sagitta aurea ... vulneravit. Deus in silva ... spectavit. Apollo Daphnem amavit, sed Daphne ... non amavit. Daphne ... est et currere inceptit. Nympha clamavit: «Di, ... formam meam!» Di ... felicem videre

desiderabant. Daphnem in ... mutaverunt. Daphne nunc erat ..., et postea haec arbor erat ... sacra.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Daphne ab hominibus antiquis putabatur ...
- nympha fluminum;
 - nympha silvarum;
 - nympha agrorum.
- b) Daphne amabat ...
- solem et lucem;
 - tenebras Orci;
 - flores et animalia.
- c) Nympham in matrimonium ducere desiderabat ...
- Apollo;
 - Iuppiter;
 - Mercirius.
- d) Dei nympham mutant in ...
- saxum;
 - laurum;
 - rivum.
- e) Ex eo tempore corona laurea est signum ...
- pacis;
 - virtutis;
 - victoriae.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXXV. De Aeolo

1. Перекладіть текст, выпишіть невідомі слова у словниковій формі.

Rex Aeolus in parvō insula Aeoliā habitābat. Regnum erat parvum, sed Aeolus laetus erat. Rex in patria ventōrum regēbat. Venti boni nautas iuvābant, sed venti mali magnam iniuriam faciēbant. Aeolus saepe nautas iuvāre temptābat. Post bellum Troiānum Ulīxes et socii ad regnum Aeoli navigavērunt. Rex benignus Graecis auxilium dedit. Graeci diu apud Aeolum mansērunt. Tum Aeolo Ulīxes dixit: «Audi me, Aeole! Laetissīmi sumus in insula tuā, sed nunc Penelope, uxor mea carissīma, me in regnō Ithaca expectat, Telemachus quoque, filius meus carissīmus, me expectat. Mitte nos ad Ithacam sine mora!». Deinde Aeolus Graecis nova vela et remos validos dedit. Ulīxi autem magnum saccum ventōrum dedit et dixit: «Noli aperīre saccum! Omnes venti praeter Zephyrum in sacco sunt. Multi venti mali sunt, sed Zephyrus ventus benignus est; te celerīter ad patriam tuam portābit».



Auxilio Zephyri Ulixes per altas aquas celeriter navigavit. Post multos dies Graeci laeti oram Ithacae viderunt. Nautae mali autem, ubi terram viderunt, dixerunt: «Ulixes multum aurum in sacco habet, Ulixes se somno dabit. Deinde saccum aperiemus et aurum capiemus». Dum Ulixes dormit, nautae saccum aperuerunt. Statim omnes venti mali ex sacco volaverunt. Iam venti aquas excitabant, Ulixes et nautae ad insulam Aeoliam iterum venerunt. Iam autem Aeolus Graecos iuvare recusavit. «Audite ventos, – inquit. Venti iratissimi sunt. Iuno quoque est iratissima. Descendite statim ab insula mea! Vos non iuvabo».



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Rex Aeolus in Creta habitabat.		
2.	Aeolus in patria ventorum regebat.		
3.	Post bellum Troiānum Ulixes et socii ad litus Corinthi navigaverunt.		
4.	Aeolus Graecis vela nigra dedit.		
5.	Rex dixit: «Noli aperire saccum! Omnes venti mali in sacco sunt».		
6.	Nautae mali saccum non aperuerunt.		
7.	Aeolus Ulixi magnum saccum ventōrum dedit.		
8.	Nautae saccum aperuerunt et omnes venti mali ex sacco volaverunt		
9.	Ulixes cum sociis ad insulam Aeoliam venerunt.		
10.	Zephyrus ventus benignus est.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Ubi rex Aeolus habitabat?
- Estne Aeolus rex marium et fluminum?
- Quod rex Ulixi dedit?
- Cum nautae saccum ventorum aperuerunt?
- Quod Aeolus Ulixi dixit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Post bellum Troiānum Ulixes cum ... ad regnum ... navigavit. Aeolus in insula ... habitābat. Rex in patria ... regēbat. Ulixes et comites diu apud ... mansērunt. Tum Aeolo Ulixes dixit: «... sumus in insula tuā, sed mitte nos ad ... sine mora!» Rex Ulixi magnum ... dedit et dixit: «Noli aperīre saccum!» Sed nautae dixērunt: «Ulixes multum ... in saccō habet, Ulixes se somno dabit. Deinde saccum ... et aurum capiēmus.» ... saccum aperuērunt. Statim omnes ... mali ex saccō volavērunt. Venti ... aquas excitābant, Ulixes et nautae ad insulam Aeoliam iterum venērunt.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- Aeolus regebat ...
 - in patria Cyclopum;
 - in mari alto;
 - in patria ventorum.
- Venti mali magnam iniuriam faciēbant ...
 - nautis;
 - Aeolo;
 - hominibus antiquis.
- Ulixi in Ithaca exspectabat ...
 - Penelope cum liberis;
 - Penelope et Telemachus;
 - cives Ithacae.
- Aeolus Graecis dedit ...
 - navem novam;
 - nova vela et remos validos;
 - saccum ventorum.
- Dum Ulixes dormit, saccum aperuērunt ...
 - incolae Ithacae;
 - nautae;
 - uxor et filius.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.



XXXVI. Ulixes in insula Cycloporum

1. Перекладіть текст, виписіть невідомі слова у словниковій формі.

Ulixes cum comitibus Troia discessit. Multos annos per mare navigabant, multas terras gentesque visitabant. Olim ad insulam Cycloporum venerunt. Ibi gigantes in montibus habitabant, nec urbes nec leges habebant, nec terram arabant. Unus ex eis, Polyphemus nomine, in antro cum ovibus suis habitabat. Crudelissimus erat et maior arbore.



Cyclops unum oculum in fronte habebat. Ulixes comites duodecim collegit, ceteros prope navem reliquit et ad antrum appropinquavit. Ibi multum caseum, lactem et multas oves invenerunt. Comitēs Ulixem ad navem revenire movebant. Ulixes autem donum a gigante accipere cupiebat itaque in antro cum sociis manebat. Subito Polyphemus de montibus venit, antrum intravit et saxo ingenti ostium clausit. Ubi homines vidit, iratus erat. Duos amicos Ulixidis devoravit. Comitēs Ulixidis perterriti erant. Oculi eorum pleni lacrimorum erant. Ulixes autem, non desperaverit, consilium callidum cepit. Vinum, quod in sacco suo portabat, Polyphemo dat. Giganti appropinquavit et «Polypheme», inquit, «bibe hoc vinum! Dei vinum bibunt, bibe et tu! Donum est». Polyphemus vinum cepit et bibit. Id valde ei placuit. «Dic mihi nomen tuum», Cyclops rogavit. «Nemo», respondit Ulixidis. «Nemo», inquit Polyphemus, «postreme te consumam» Dum Cyclops dormiebat, Ulixes comitesque baculum ceperunt et in oculum gigantis propulerunt. Polyphemus clamorem ingentem tollit. Cyclops, qui iam nullum oculum habet, Ulixem quaerit, sed eum non reperit, quia eum sine oculo non videt. Ceteri Cyclopes clamorem Polyphemi audiunt et ad antrum festinant. Polyphemum interrogant: «Polypheme, quis te vulnerat?» Ille respondit: «Nemo me vulnerat». Itaque ceteri gigantes putabant eum insanum esse et discesserunt. Ulixes autem non ex antro exit, quia saxum magnum ante ostium antri iacet. Sed ecce, antrum aperitur a Polyphemo, qui oves suas ad campum ducit. Cyclops saxum, quod ante ostium iacebat, sumit et prope ostium in terra ponit. Iam antrum apertum est. Ecce, ovis prima ex antro exit. Etiam ceterae oves ex antro exeunt. Ulixes, qui sub magna ove est, antrum cum ove reliquit. Etiam amici eius sub ovibus antrum relinquunt. Cyclops nihil videt: nullam ovem,

nullos Graecos. Itaque eos non reperit. Ita Ulixes amicique Siciliam relinquunt et rursus ad Graeciam navigant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Polyphemus est filius Neptuni, dei maris.		
2.	Polyphemus in antro cum ovibus suis habitabat.		
3.	Antrum Cyclopi in Sicilia erat.		
4.	Polyphemus maior monte erat.		
5.	Cyclops saxo ingenti ostium antri clausit.		
6.	Dum Cyclops dormiebat, Ulixes baculo oculum gigantis propulit.		
7.	Polyphemus Ulixem interrogat «Quid est hoc? Estne aqua?»		
8.	Polyphemus in terra iacet et dormit, quia ebrius est.		
9.	Cyclopes clamorem Polyphemi non audiunt.		
10.	Polyphemus Cyclopibus respondit: «Nemo me vulnerat».		

3. Дайте відповіді на питання:

- Ubi Cyclopes vivebant?
- Quod erat nomen Cyclopi, domini antri?
- Cur Polyphemus Graecos devorabat?
- Quod nomen sibi Ulixes, Polyphemum fallere cupiens, excogitavit?
- Quomodo Ulixes se comitesque servavit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Post bellum Troianum venit Ulixes cum ad terram Cyclopium. Cyclopes erant saeva monstra, qui in fronte habebant. Siciliam insulam incolebant, ubi nec terram arabant nec oppida muniebant, sed ... pascebant. Cyclops Polyphemus in ... habitabat. Cyclopes ..., quos capere poterant, interficiebant et devorabant. Ulixes cum fortissimis ... in Polyphemi Cyclopi antrum sine metu intravit. In antro viri cibum invenerunt et eum edebant. Polyphemus, in ... rediens, magna



voce clamavit : «Qui estis? Quod ... vobis est?» Tum Ulixes: «Graeci sumus; ad patriam nostram redimus. Mihi nomen est Oramus te: noli nobis nocere». Ulixis autem verba ... non moverunt. Monstrum ... comites interfecit et voravit. Tum Graeci, quod ex eo loco fugere non poterant, ... caecum reddere constituerunt. Callidus ... vinum Polyphemo praebeuit. Cum somnus Cyclopem ebrium oppressit, tum Graeci eius ... effoderunt. Polyphemus clamat. Ceteri ... ad antrum conveniunt atque eum interrogant: «Cur, Polypheme, tam vehementer clamas? Quis tibi nocuit?» «...», inquit; tum Cyclopes ridentes dicunt Polyphemum insanire, domumque redeunt. Deinde callidus Ulixes sub ... comites alligat. Ita ... ex antro salvi exierunt.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Polyphemus, crudelissimus cyclopum, maior erat ...
 - monte;
 - arbore;
 - nave.
- b) Cyclops in fronte habebat ...
 - tres oculos;
 - quattuor oculos;
 - unum oculum.
- c) Polyphemus devoravit ...
 - multos amicos Ulixis;
 - duos amicos Ulixis;
 - omnes amicos Ulixis.
- d) Ulixes Polyphemo dat...
 - vinum;
 - venenum;
 - aquam.
- e) Dum Cyclops dormiebat, Ulixes oculum gigantis propulit...
 - hasta;
 - sagitta;
 - baculo.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXXVII. De quattuor aetatibus

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Temporibus imperatoris Augusti Ovidius poeta vixit, qui de quattuor aetatibus haec fere scripsit: aurea aetate, cum omnis orbis terrarum a Saturno deo regebatur, homines vitam beatam egerunt. Ubique flores florebant, flumina piscium pleni erant, silvae animalium.



Homines neque in urbibus neque in vicis incoluerunt, sed sub caelo, quod sol semper fulgebat. Neque arces neque hostes erant; nemo bella gerebat paxque perpetua erat. Nondum leges in tabulis scripta erant, nondum iudex ius dixit, sed homines cum gregibus ovium et caprarum per montes vallesque sine metu ambulaverunt. Ver

aeternum erat et homines fructibus collectis se alere solebant.

Sed postquam Saturnus in loca inferna missus est, Iuppiter annum in menses et in quattuor partes divisit. Aetate argentea homines primum laborare debuerunt. Agros arabant, animalia pro cibo habebant, etiam domos lapidibus firmis aedificare didicerant.

Aetate aenea homines inter se iam bella gerebant et hostis hostem petivit: hastis, securibus, sagittis homo hominem necavit.

Aetate denique ferrea homines navibus in alienas terras vecti sunt et in terris aliis divitias sibi paraverunt. Sed hoc studio motus homo homini nocuit, amicus amicum sustulit, filius mortem patris desideravit, noverca liberos necavit. Multitudo scelerum in immensum surrexit et homines deos non iam coluerunt. Ita Iuppiter omne genus humanum delere decrevit.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Ovidius poëta temporibus imperatoris Vespasiani vivebat.		
2.	Ovidius de quattuor mundi aetatibus scripsit.		
3.	Aurea aetas est prima in ordine aetatum mundi.		
4.	Aetate aurea genus humanum bella gerebat.		
5.	Post aetatem auream subiit argentea aetas, aetas secunda, auro deterior.		
6.	Aetate argentea homines agros non arabant.		



7.	Quarta aetas, quae ex ferro est, durissima omnium est.		
8.	Aetate ferrea homines deos non colebant.		
9.	Iuppiter annus in menses divisit.		
10.	Aetate ferrea homines beate vivebant.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Qui poëta Romanus de aetatibus mundi scribebat?
- Ubi homines aetate aurea vivebant?
- Qua aetate Iuppiter annum in menses dividit?
- Estne aetas ferrea tempus beatum?
- Cur Iuppiter genus humanum delere decrevit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Scriptores antiqui quattuor aetates nominant: aetatem ..., ..., ... et De ... aetatibus mundi multa in ... poëtae carminibus legimus. In aetate ... homines sine legibus tuti erant, nemo ... gerebat. Homines sub ... vivebant. Aetate ... homines ... arabant, animalia pro ... habebant. Tertia aetas ... erat. Durior est quam Quarta aetas, quae ex ... est, durissima omnium erat. Homines navibus in alienas terras navigabant, ... sibi rapinis parabant, ... non colebant. Nihil sacrum erat. Ita ... genus humanum ... decrevit.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) De quattuor mundi aetatibus legimus ...
 - in carminibus Vergilii;
 - in carminibus Homeri;
 - in carminibus Ovidii.
- b) Prima aetas in ordine aetatum mundi est ...
 - aurea;
 - aegentea;
 - ferrea.
- c) Aetate aenea homines ...
 - agros arabant;
 - bella gerebant;
 - iustitiam et leges colebant.
- d) Multitudo scelerum immensa erat ...
 - aetate argentea;
 - aetate ferrea;
 - aetate aurea.

- e) Ver aeternum erat ...
- aetate argentea;
 - aetate ferrea;
 - aetate aurea.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXXVIII. Vesta, foci dea

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Initio Vesta, soror Iovis, in Olympo habitabat, sed maesta erat quod di deaque inter se disputabant. Vesta pacem amabat; itaque in terram descendere cupiebat. Denique Vesta dixit: «Incolae terrae flammam habent, sed aras non habent». Iuppiter respondit: «Ad terram te mittam; eris dea flammarum sacrarum. Incolae multarum terrarum aras tuas aedificabunt et curabunt. Viri flammam ab aris tuis ad terras novas portabunt. Flammae ab aris Vestae semper ascendant». Tum Vesta ad terram descendit. Multos post annos incolae Italiae urbem Romam aedificaverunt. In foro Romano templum Vestae erat et ibi ante deae statuam ara posita erat, rotunda et cava et in ara flamma sacra ardebat. Primo flammae sacrae in ara semper ardebant. Postea autem Romani aram non curabant; non iam flammae ab ara Vestae ascendebant. Dea Vesta irata fuit. «Cur meas flammam non custoditis?» rogavit. «Flammae semper in magna ara ardere debent. Si flammam diligenter custodietis, tuta semper erit Roma; aliter di Romanos punient». Romani respondebant: «Puellas deligemus, quas virgines Vestales nominabimus. Noctu atque interdum Vestales flammam sacras custodient. Magnam aram curabunt. In templo Vestae flammae semper ardeunt». Fuerunt primum quattuor, deinde sex, deinde septem Vestales, inter viginti tenera aetate puellas delectae. Per triginta annos in Vestalium aedibus manserunt et ignem sacrum in Vestae aede aluerunt. Vitam puram agere debebant, nam in matrimonium eas duci lex vetabat. Postea Romani semper flammam ab ara Vestae ad aedificium novum portabant. In foco aedificii novi flammam sacras ponebant.



Ad templum in forum saepe veniebant Romanae matronae cum filiabus, munuscula portabant et



aram ornabant. Romani Vestam colebant, quia dea familias et maxime feminas in sua tutela habebat. Matronae, cum insidias vel morbos vel pericula filiabus suis timebant, Vestae adsidue tutelam invocabant et ante aram deae albas columbas vel alias parvulas victimas immolabant. Sic deae benevolentiam petebant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Dea Vesta in Graecia habitabat.		
2.	Vesta hominibus sol et lucem donabat.		
3.	Dea Vesta in terra descendebat quia pacem amabat.		
4.	In templo Vestae flammae semper ardent.		
5.	In templo Vestae semper flores erant.		
6.	In media urbe Romae Romani templum Vestae aedificaverunt.		
7.	Numa Pompilius, secundus Romanorum rex, Vestalibus leges dedit.		
8.	Rhea Silvia, Romuli et Remi mater, Vestalis fuit.		
9.	Vestales sunt puellae, quae agros colunt.		
10.	Vestales puram vitam agebant.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Quis erat soror Iovis et dea foci domestici?
- Ubi erat magnum templum Vestae?
- Cur Vesta irata erat?
- Quot Vestales primum fuerunt?
- Cur Vestales puram vitam agebant?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Dea Vesta ... Iovis erat. Olim in ... habitabat. Dea ... amabat; itaque in terram descendere cupiebat. In Romani templum Vestae aedificaverunt. In templō ... deae erat, in ara ... sacra ardebat. Deae aram custodiebant et sacram flammam in templo cum diligentia alebant. Fuerunt primum ..., deinde sex, deinde ... Vestales, inter viginti tenera aetate puellas delectae. Officia ... annos in templo fecerunt.

Ad templum ... saepe veniebant ... Romanae cum filiabus et aram ornabant. In tutela Vestae ... erant. Matronae, cum insidias vel morbos vel pericula filiabus suis timebant, Vestae tutelam invocabant et ante aram deae ... immolabant. Sic deae ... petebant.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Vestae a Romanis antiquis putabatur ...
 - dea foci domestici;
 - dea lunae et silvarum;
 - dea familiae et virginum.
- b) Templum deae erat ...
 - altum;
 - rotundum;
 - parvum.
- c) Vestales ignem sacrum in templō Vestae aiebant ...
 - per viginti annos;
 - per decem annos;
 - per triginta annos.
- d) Matronae Vestae immolabant ...
 - columbas albas;
 - bestias feras;
 - flores varios.
- e) Vestales sunt virgines quae ...
 - agros curant;
 - flammam sacram Vestae curant;
 - caeremonias Vestae curant.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XXXIX. De Europa

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Olim Europa, filia pulcherrima Agenoris, regis Sidonis, somnium mirabile amicis suis narrabat: «Ad lectum meum duae formosae feminae, quas numquam videram, venerunt. Primae earum nomen Asia erat, secunda nomen adhuc non habebat. Ambae de me certare inceperunt, in hoc certamine Asia superata est».

Sententia somnii mox explicata est: Cum Europa una cum amicis in prato florenti ambularet, bos mirae pulchritudinis cum pelle aurea apparuit. Omnes puellae eum mulcere cupiebant, bos autem ad Europam advenit, genua flexit et vultu eam rogavit, ut dorsum eius ascenderet. Cum Europa ascendisset, bos cito ad mare viam carpsit et in undis altis ad occidentem natabat.



Puella territa Neptunum cum ceteris deis maritimis videbat, qui viam tutam bovis praeeparabant et ad Cretam insulam ambos adduxerunt. Ibi Europa scivit bovem splendidum Iovem ipsum esse. Iuppiter hoc modo mutatus est, ut uxorem suam Iunonem deciperet. Deinde Europa Iovi tres filios peperit, quorum Minos multos annos post Cretae regnabat.

Continens autem, ad quam ex Asia Iuppiter amicam suam ut bos advexit, nomine Europa apellata est.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Europa filia regis Sidonis erat.		
2.	Europa uxor Iovis, dei caeli et terrae erat.		
3.	Europa somnium mirabile patri narravit.		
4.	Aliquando Europa cum amicis in prato florenti ambulabat.		
5.	Ad Europam bos mirae pulchritudinis apparuit.		
6.	Bos pellem argenteam habebat.		
7.	Europa Iovi septem filios peperit.		
8.	Unus e filiis Europae Menelaus, rex Spartaee erat.		
9.	Bos Europam ad Cretam adduxit.		
10.	Iuppiter ad bovem conversus erat.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Cuius filia Europa erat?
- Quod somnium Europa amicis narravit?
- Ad quem bos advenit et genua flexit?
- Quod bos cum pelle aurea Europam rogavit?
- Quot filios Europa Iovi peperit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Europa fuit filia Agenoris, ... Aliquando Europa cum amicis in ... ambulabat. Ad puellas ... mirae pulchritudinis apparuit. Bos ... habebat. Omnes puellae bovem ... cupiebant. Sed bos ad ... advenit. Europa ... bovis ascendit. Iuppiter in ... conversus puellam Cretam transportavit. Deinde Europa Iovi ... filios peperit.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Europa filia erat ...
 - Amphiōnis, regis Thebanōrum;
 - Menelai, regis Spartaе;
 - Agenoris, regis Sidonis.
- b) Puella somnium mirabile narrabat ...
 - patri et matri;
 - amicis suis;
 - sororibus suis.
- c) Bos mirae pulchritudinis habebat...
 - pellem auream;
 - pellem albam;
 - pellem argenteam.
- d) In pratro ad Europam advenit ...
 - Iuppiter in bovem transversus;
 - Neptunus in equum transversus;
 - Pluto in bovem nigrum transversus.
- e) Unus filiorum Europae erat ...
 - Minos, rex Cretae;
 - Menelaus, rex Spartaе;
 - Amphitryon, rex Thebarum.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XL. De Mida

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Midas, rex in Phrygia regione, omnium deorum maxime Bacchum colebat. Nonnumquam cum deo vinum potabat et omnes dei socios sciebat. Olim ad Midam agricolae senem erbium adduxerunt. Midas Silenum, magistrum Bacchi, cognovit, senem hospitaliter accepit et in domo sua decem dies aluit. Postea Silenum cum honoribus magnis ad Bacchum deduxit.

Deus Midae praemium dare decrevit et regi promisit: «Dic mihi, quid velis. Omnia desideria tibi implebo». Midās, magnus rēx Phrygiae, magnam sapientiam nōn habēbat. Rēx igitur hōc modō



rogat: «Quicquid corpore tangō, id in aurum mūtā, quaesō. Hoc ego maximē dēsīderō». Hoc dōnum rēgī deus magna maestitiā dedit, quia ille tāle dōnum petiverat. Rēx autem, nōn maestus sed laetissimus, novum dōnum cupidē temptat. Ūnam et alteram digitō tangit; vix fortunam crēdit. Vērū est. Ubi rāmum viridem ex arbore carpit, rāmum aureum Midās manū tenet. Saxum quoque manū tactum in aurum mūtātur. Dōna quoque Cereris carpta in aurum trānsfōrmantur. Praetereā pomum, quod dē arbore carpsit, nunc est pomum aureum. Ubi digitōs in postibus altīs in rēgiā pōnit, postēs radiāre videntur. Ubi ille manūs liquidīs aquīs lavat, aqua in liquidum aurum mūtātur. Omnia ā manū eius tacta in aurum vī aureā mūtantur. Ubi Midās satis gavīsus erat, servī prō eō mēnsam carne atque dōnis Cereris onustam posuērunt. Midās cibum dente avidō tangere temptāvit, sed dentēs durum aurum tetigērunt. Ubi Midās aquam et vīnum bibere temptāvit, liquidum aurum in ōre fluxit. Rēs quae prius secundae, nunc adversae vidēbantur. Miser Midās territus nunc ōdit quod dēsīderāverat, atque hoc dōnum removēre optat. Nullam aquam bibere potest, nullum cibum edere potest. Manibus ad caelum tentīs, hōc modō ōrat: «Pater benigne, peccāvi sed remitte damnōsum dōnum». Bacchus benignus dīxit: «Ī ad magnum flumen in Sardibus et carpe viam in montēs Lydiae usque ad ortum fluminis. Lavā caput corpusque. Simul tē in aquīs lavā». Hīs verbīs audītīs, rēx ad flumen in Phrygiā īvit et corpus lavāvit. Cum primum rēx flumen tetigit, vīs aurea dē corpore hūmānō in flumen trānsīvit. Etiam nunc terra Lydiae est aurea, aquīs in agrōs vīcīnōs portātīs.



2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Midas, nobilis genere, rex Phrygiae, multis oppidis expugnatis, magnam auctoritatem habuit.		

2.	Olim Silenus, magister dei Bacchi, ad Midam ductus est.		
3.	Midas dixit: «Si omnia quae parte corporis mei tetigero in aurum vertentur mihi gratum erit».		
4.	Terram tangit: non iam terra est sed aurum.		
5.	Tum Midas magnam coenam parari iussit.		
6.	Midas Bacchum diem noctemque quaerebat.		
7.	Rex Midas a Baccho petivit, ut quidquid tetigisset aurum fieret.		
8.	Rex esuriens, quod nihil nec edēbat nec bibēbat complūribus diēbus, maximis precibus Bacchum orat.		
9.	Midas ob stultitiam aures asininas accepit.		
10.	Midas Silenum ad Iovem deduxit.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Quis erat Midas?
- Quem agricolae ad Midam adduxerunt?
- Ad quem Midas Silenum deduxit?
- Estne Midas laetus cum Bacchus ei donum dat?
- Potestne Midas edere et bibere?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Midas rex ... erat. Rex omnium deorum maxime ... colebat. Olim ad Midam agricolae ... eribium, ... Bacchi adduxerunt. Midas in domo sua ... dies ... aluit. Postea Silenum ad ... deduxit. Deus vini regi promisit: «Omnia, quae opraveris, tua ...» Midas poposcit: «Fac, ut ..., quae tangerem, in ... mutentur». Si a rege in manus sumebatur, ... in aurum mutabatur. Tum ... stultitiam suam intellexit. Fame ...que vexatus rex deum rogavit, ut revocare posset. Tunc subrisit ..., quia avidum regem puniverat; sed postea libenter fatale donum removit.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Midas regnabat in ...
- Phrygia;
 - Sparta;
 - Graecia.



- b) Midas hospitaliter accepit et in domo sua decem dies aluit ...
 - magistrum suum;
 - magistrum Bacchi;
 - magistrum Aesculapii.
- c) Rex Midas a Baccho petivit, ut quidquid tetigisset ...
 - argentum fieret;
 - aurum fieret;
 - aqua fieret.
- d) Midas cibum sumebat, etiam omnis cibus vertebatur ...
 - in argentum;
 - in aurum;
 - in ferrum.
- e) Bacchus regi dixit: ...
 - «Lava corpus et caput in aquis fluvii»;
 - «Lava crimen in aquis fluvii»;
 - «Lava manus in aquis fluvii».

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XLI. Midas et Pan

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Postea Midās in silvis habitabat et deum Pānem colēbat. Ille autem se adhuc stultum demenstrabat et sapientia et iudicium regi Phrygiae eo tempore deerant. Est in Lydiā mons altus, Tmolus nomine, summō quō Pan nymphis carmina sua cantābat, dum fistulam cerā coniunctam inflat. Carmina eius quidem erant pulcherrima et gratissima nymphis Midaeque, qui deum maxime laudābat. Pan superbus carmina Apollinis, dei mūsicae, contemnit; vocat Apollinem ad certāmen sub iudice Tmolō, deō montis. Senex igitur iudex in monte suo sedit et aures ab arboribus līberāvit. Is deum Panem spectāvit et eum cantāre his verbis iussit: «In iudice nulla mora erit». Quia Midas forte aderat, audiverat Panem dum sonat fistulam. Rex hoc carmen barbarum maxime mirabātur, quod sibi erat gratissimum. Ubi carmen Panis terminātum est, sacer Tmolus ora vertit ad os Phoebi, qui gerēbat laurum in capite vetimentumque longum tinctum Tyriō muricō. Sinistrā manū lyram gemmīs atque dentibus Indīs decorātam, dextrā manū plectrum tenuit. Tum Phoebus ortus est et lyram digitō doctō tetigit. Carmen cantāre coepit. Carmine audītō, Tmolus iudex iussit Pānem fistulam lyrae submittere. Iudicium autem sacri montis Tmoli quod erat omnibus gratum, non erat gratum Midae, qui ita loquitur: «Iudicium est iniustum!» Apollo non patitur tales aures humanam figūram retinēre. Ille easdem longiōres et plenas villis facit. Midas damnātus in unā parte corporis aures asini



gerit, quamquam ceterae sunt hominis. Postea Midas aures purpureis tiāris pudōre celāre conabātur, sed servus qui capillos longos resecebāt aures viderat. De quibus idem narrāre verebātur nec tamen retinere poterat. Effodit igitur terram in quam immurmurat parvā voce de auribus domini visis. Terrā repositā, servus tacitus abit. Sed harundines tremulae quae ex terrā crescunt verba humāta remittunt, quia ventō motae fābulam de auribus asini murmurant.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Midas in quiete vivebat.		
2.	In Lydia erat mons altus, Tmolus nomine.		
3.	Lyra Apollinis gemmis decorate erat.		
4.	Pan nymphis carmina cantabat.		
5.	Rex Midas aures asini puppureis tiaris celabat.		
6.	Victor certaminis Apollo erat.		
7.	Aures Midae longiores quam aures asini erant.		
8.	Midas aures asini non celabat.		
9.	Iudicium Tmoli nymphis gratum est.		
10.	Servus de auribus regis narravit.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Quis est iudex certaminis?
- Quis est victor certaminis?
- Quomodo Midas damnatur?
- Quomodo Midas aures asini celabat?
- Quis aures regis videt?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Postea ... in quiete silvarum in ripisque fluviorum vivebat. Semel Apollinem cum ... in cantu certare vidit. Midas ... victorem appellavit et deus ... iratus aures regis ita extraxit, ut ... miser aures longiores ... haberet.



Diu Midas ... suas sub capillis latebat et tonsor regis solus secretum domini sui sciebat. Tonsor postea ... Midae servare non potuit, itaque foveam efodit et in eam susurravit: «Midas rex habet aures asini». Foveam statim humo abruit. Sed eo loco harundo crescebat, quae vento mota semper narrabat regem Midam habere.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Rex Midas non semper habebat ...
 - misericordiam;
 - sapientiam;
 - benevolentiam.
- b) Apollo lyram gemmis decoratam tenuit ...
 - manu sinistra;
 - manu dextra;
 - ambabus manibus.
- c) Iudicium Tmoli non erat gratum ...
 - nymphis;
 - Apollini;
 - Midae.
- d) Aures asini Midae dedit ...
 - Apollo;
 - Tmolus;
 - Pan.
- e) Fabulam de auribus asini regis narravit ...
 - Apollo;
 - ventus;
 - servus.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XLII. Minerva et Arachne

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Minerva est dea. Est dea sapientiae, est dea lanae quoque. Arachne est puella, puella perita in lana. Picturas pulchras in textili format. Minerva cum deis in Olympo habitat. Arachne in casa parva in Lydia habitat.

Arachne est superba quod picturas pulchras format. Saepe nymphae silvae spectant dum puella perita lanam glomerat et picturas in textili format. Picturae sunt pulchrae. Picturae fabulas de vita agricolarum et de vita incolarum Lydiae narrant.

Nymphae picturas puellae amant et puellam laudant. Deam



quoque laudant et clāmant: Quis est magistra tibi? Certe Minerva pictūras et fabulas tibi dat. Laboratne Arachne bene quod est perīta? Puella bene laborat non quod est perīta, sed quod Minerva est magistra. Minerva te bene docet. Sed Arachne sapientiam non habet. Negat Minervam magistrā. Puella temerāria

se laudat et clamat: «Formo pictūras fābulasque melius quam Minerva. Nēmō mihi magistra est. Minervam non voco. Nemo me docet, me doceo». Dea Minerva formam feminae simulat et in terrā ambulat. Puella temerariam docēre temptat. Dixit: «Superbia est periculōsa. Experientia docet». Sed Arachne iterum affirmat: «Formo pictūras melius quam Minerva. Dea debet certāre mecum. Nymphis picturas meas monstrāre debeo et pictūras suas monstrāre debet. Nunc Minervam voco: certa mecum!» Minerva est irāta. Se esse deam mōnstrat. «Arachne, es stulta. Te, puella temeraria, docēre tempto», dixit, «sed es etiam superba. Tē docēre debeo. Portāte, nymphae, telas huc, quaeso». Minerva et Arachne bene laborabant. Primo Minerva lanam glomerābat. Formābat picturas pulchras de fabulis bonis deōrum. Pictūrae fābulas de vītā deōrum in Olympō narrant. Deinde Arachne lānam glomerābat, sed Arachna pictūras de fabulis malis deōrum formābat. Certe pictūrae deae erant pulchrae; pictūrae puellae quoque erant pulchrae. Agricolae et nymphae et incolae Lydiae spectābant dum puella et dea laborābant. Nymphae picturās et fābulas puellae amābant; maxime amābant fābulam longam de rapinā Eurōpae a Iove. Sed Minerva erat maxime irāta neque amābant fābulas malas deōrum. Itaque dea Minerva puellam in araneam mutat. Primo puella erat parva; deinde erat minor; denique erat minima. Arachne se necāre temptat et in filō pendet, sed Minerva misericordiam habet et puella se necāre prohibet. «Pendē aeterno» dixit. Ita dea puellam docet et aranea aeternō in filō suō pendet. Poēta Ovidius fābulam de puellā superbā narrat.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Minerva dea sapientiae et belli est.		



2.	Arachne est superba, quod picturas pulchras format.		
3.	Picturae Arachnes de vita agricolorum narrant.		
4.	Minerva picturas puellae laudat.		
5.	Arachne sapientiam non habet.		
6.	Minerva formam femonae simulat et in terra ambulat.		
7.	Minerva Arachne dixit: «Experiantia docet».		
8.	Primo Arachne lanam glomerabat.		
9.	Nymphae picturas Minervae non amabant.		
10.	Dea puellam in araneam mutat.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Quis est Arachne?
- Quis lanam glomerabat primo?
- Quid Arachne clamat?
- Quid irata Minerva nymphis dixit?
- Laudatne Arachne Minervam?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Minerva dea ... et ... est. Arachne quoque puella in ... perita est. Dea in ... habitat, Arachne in ... in Lydia. Puella diligenter laborat et telas ... texit. Omnes Arachnen laudant et puella clamat: «Formo picturas melius quam ...». Nunc ... et ... telas texunt. Primo ... lanam glomerābat. Formābat picturas pulchras de fabulis ... deōrum. Pictūrae fābulas de vītā deōrum in ... narrant. Deinde ... lānam glomerābat, sed Arachna pictūras de fabulis ... deōrum formābat. Picturae ... et ... pulchrae erant. Sed Minerva erat ... neque amābat fābulas malas deōrum. Itaque dea ... in araneam mutat. Nunc est puella ... et semper in terrā et in agris telas texit.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Arachne est puella ...
- perita in lana;
 - perita in cantu;
 - perita in artibus.

- b) Arachne habitat ...
 - in Olympo;
 - in casa parva;
 - In antro.
- c) Arachne Minervam vocat: ...
 - «Certa cum feminis!»;
 - «Certa mecum»;
 - «Certa cum nymphis».
- d) Picturae Minervae narrant ...
 - de vita populorum antiquorum;
 - de vita rustica;
 - de vita deorum.
- e) Irata Minerva puellam mutat ...
 - in capram;
 - in araneam;
 - in stellam.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XLIII. Callisto

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Saepe poëtae Musas invocant dum fabulas narrant: «Narra, o Musa, fabulam de nymphā Callisto et de filiō eius, Arcade». «Spectāte stellas in caelō», dixit Musa. «Ecce septem stellae, Ursa Maior, et quoque septem stellae, Ursa Minor. Ursa Maior est Callisto et Ursa Minor est Arcas, filius eius. Propter iram regīnae deōrum, Iuppiter nympham et filium eius in stellas in caelō transformāvit». Callisto erat nymp̄ha cuius forma erat pulchra. In Arcadiā habitābat. Dum Iuppiter silvas et agros in Arcadiā, terrā deo cārā, curat, nympham pulchram fōrmōsamque spectāvit et statim eam amāvit. Certe Callisto erat formōsa. Fibula vestimentum retinēbat et vitta neglectos capillos retinēbat. Callisto per silvas cum Dianā et ceteris nymphis errābat. Iaculum et sagittas portābat. Olim Callisto sola erat et in somnō in terrā herbōsā iacēbat; Iuppiter eam vidit. Nymp̄ha erat deo grata. «Certe Iuno me hic non vidēbit» dixit «aut si videt, sunt delectamenta pretiōsa sed digna pretii». Statim Iuppiter formam Dianae simulāvit et ita ad nympham secrēto appropinquāvit. Ita Iuppiter victor erat; Callisto autem, nymp̄ha misera, silvas notas et amīcas notas et deam Dianam evitāvit. Iuno regīna deōrum erat maxime irāta. Tempora idōnea poenis exspectāvit. Cum puer Arcas nymphae natus est, Iuno dixit: «Causa nulla morae est. Vide iniuriam meam, adultera! Sed Iuppiter abest. Te non servābit. Figūrā pulchram tuam mutābō». Ita dixit et



capillos nymphae tenuit et eam pronam in terram strāvit.

Cum misera Callisto brachia in suppliciō tendēbat, brachia villis horrescēbant. Nulla verba in nymphā manserunt; solum vox rauca. Callisto nunc est ursa fera, sed sensa humāna in ursā manent! Quotiens in agris olim suis errāvit! Quotiens ea, territa, viros et animalia fera in silvis fugitāvit, ipsa animal. Ecce Arcas, post



quindecim annos, paene vir, est venātor et saepe in silvā adest. Dum animalia fera venātur, Arcas ursam videt. Ursa est Callisto et filium suum recognoscit. Arcas oculos immōtos eius evitat et ursam iaculō necāre temptat. Sed Iuppiter erat filio benignus: matricidium prohibuit. Ursam et filium eius in caelum, stellas vicīnas, transportāvit.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Arcas filius nymphae callistus erat.		
2.	Callisto in Ludia habitabat.		
3.	Aliquando Iuppiter nympham pulchram spectavit.		
4.	Iuppiter nympham formosam in Olympo transportavit.		
5.	Deus caeli et terrae formam Dianae simulavit.		
6.	Olim Callisto in terra deserta iacebat.		
7.	Diana, dea silvarum, irata erat.		
8.	Callisto nunc est ursa fera, sed sensa humāna in ursā manent.		
9.	Ursa filium suum recognoscit.		
10.	Iuppiter nympham et filium eius in stellas transformavit.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Quis est Callisto?
- Quis nymphae natus est?
- Quis erat Arcas?
- Quis ursam necare temptavit?
- Cur Iuppiter nympham in stellas transformavit?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Callisto erat ... pulchra. Callisto per silvas cum ... et ceteris ... errabat. Dum Iuppiter per ... et ... in Arcadia errabat, nympham pulchram ... et statim eam amavit. Olim Callisto sola erat et in somno in iacebat: Iuppiter ... vidit. Nympha erat deo grata. Statim Iuppiter formam ... simulavit et ita ad ... appropinquavit. Ita Iuppiter eam violavit. Callisto ... peperit. Iuno,, erat maxime irata. Nympham visitavit et formam ... mutavit. Nulla ... in nympha manserunt; solum vox rauca. Callisto nunc est ..., sed sensa humana in ursam manserunt. Post quindecim annos, Arcas, filius nymphae, est ... et in silvam intrat. Arcas ... videt et Callisto filium suum recognoscit. Arcas ursam iaculo ... temptat. Sed Iuppiter ... prohibuit. Ursam et filium eius in ... transportavit. Callisto est Ursa ... et Arcas Ursa

5. Вкажіть правильну відповідь:

- Callisto erat ...
 - nympha formosa;
 - filia Neptuni;
 - uxor Iovis.
- Callisto per silvas errabat ...
 - cum Iove et ceteris deis;
 - cum Iunone, uxore Iovis;
 - cum Diana et ceteris nymphis.
- Iuppiter simulavit formam ...
 - feminae;
 - Minervae;
 - Dianae.
- Arcas ursam temptat...
 - superare;
 - necare;
 - vincere.
- Iuppiter ursam et filium eius transportavit ...
 - in Orcum;
 - in regnum Neptuni;
 - in caelum.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.



XLIV. Philēmon et Baucis

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Potentia caeli est immensa et finem nōn habet. Quicquid di imperant, factum est. Dubitātisne, discipuli? Narrābo de duābus arboribus, de tilīā et quercō in Phrygiā. Fābula est vēra. Ego ipse locum vidī; non procul est stagnum, terra olim plena virōrum, nunc undae plenae piscium. Huc Iuppiter et Mercurius caducifer cum patre suō quoque appropinquāvīt. Dei formam virōrum simulaverant et in terrā Phrygiā ambulābant. Requiem in mille casis rogābant sed mille casae erant clausae. Tamen una parva casa erat aperta. Pia Baucis et senex Philēmon hic habitābant; duo erant tota familia. Duo domini solum et nulli servi erant. Ubi di parvam casam intravērunt, senex Philēmon deos sedēre iussit: Baucis vinum et cibum: carnem et ova parāvit. Mensam quoque parāvit, sed mensa plana non erat; unum membrum non satis longum erat. Testa autem mensam planam fecit. Senes advenis benigni erant et deis maiōrem partem cibi et vini dedērunt. Sed post coenam duo, senex et coniunx, miraculum vidērunt. Vinum et cibus etiam erant in crateribus! Baucis pia et Philēmon timidus timent et deos orant. Duōbus senibus anser erat; Baucis et Philēmon anseremprehendere et necāre temptābant, sacrificium deis. Anser autem fugitāvit ad deos qui dixērunt: «Nolīte anserem necāre. Sumus di, Iuppiter et Mercurius. Malum oppidum vastāre debēmus. Sed vobis praemium dabimus. Iuppiter oppidum malum in stagnum et homines impios in pisces transformāvit: casam autem duōrum senum piōrum in templum transformāvit. Duōbus senibus dixit: «Quid desīderātis, senex iuste et femina pia?» Senes respondērunt: «Desiderāmus sacerdotēs in templō Iovis esse et, quoniam multos annos beōs inter nos habuimus, mori desiderāmus in eādē horā». Itaque Philēmon et Baucis erant custōdes templi tam diu quam vivēbant. Sed olim dum duo pii pro templō stant, Philēmon coniugem frondēre et Baucis Philēmōnem frondēre videt. «Vale, o coniunx» dixit Philēmon et dixit Baucis, deinde arbor ora celāvit. Eos in arbores Iuppiter transformāverat. Etiam hodie arbores in Phrygiā stant



pro templō Iovis: ego ipse eas vidi. Multi in templō orant et advenae sunt semper bene recepti. Nomina Baucidis et Philemōnis sunt nōta in hac terra.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Olim Iuppiter et mercurius In Phrygia ambulabant.		
2.	Dei formam virorum simulaverunt et cibum a multis petebant.		
3.	Baucis et Philemon multos liberos habebant.		
4.	Senes deis maiorem partem cibi dederunt.		
5.	Baucis et Philemon anserem habebant.		
6.	Senes Iovi responderunt: «Desideramus in Olympo vivere».		
7.	Baucis et Philemon erant custodies templi Iovis in Phrygia.		
8.	Pro templo Iovis in Phrygia statuae Baucidis et Philemonis sunt.		
9.	Deus casam senum piorum in templum transformavit.		
10.	Pro templo Iovis tilia et quercus crescent.		

3. Дайте відповіді на питання:

- Ubi est locus duarum arborum?
- Qui erant deis benigni?
- Qui anserem Baucidis et Philemonis servaverunt?
- Cur dei praemium dare debent?
- Quid est praemium senibus?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Olim ... et ... in Phrygia iter faciebant. Non dei videbantur, sed Nox aderat. Hi ... longo itinere defessi erant. ... vinumque ab multis petebant, sed omnes inimici erant. Tum parvam ... in colle viderunt. In ... habitabant vir ... et femina Erant ... et liberos non Magna cum ... deos receperunt et ... paraverunt. Dei ... et ... praemium dederunt. ... casam senum piorum in ... transformavit.



Itaque Philēmon et Baucis erant ... templi tam diu quam vivēbant.
Postea in ... Iuppiter eos transformāverat.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Pīa Baucis et senex Philemon habitabant ...
- in casa parva;
 - in regia magnifica;
 - in domo novo.
- b) Ubi dei casam intraverant, Baucis paravit...
- vinum et cibum;
 - mel et lac;
 - carnem et ossa.
- c) Iuppiter homines impios transformavit ...
- in montes;
 - in arbores;
 - in pisces.
- d) Senes Iovi responderunt: ...
- «Desideramus mori in eadem hora»;
 - «Desideramus in Olympo vivere»;
 - «Desideramus liberos habere».
- e) Pro tempore Iovis in Phrygia stant ...
- statuę Philemonis et Baucidis;
 - tilia et quercus;
 - ara dei.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

XLV. Echo et Narcissus

1. Перекладіть текст, випишіть невідомі слова у словниковій формі.

Narcissus erat iuvenis formosus et superbus. Putābat se formosissimum esse. Quamquam multae iuvenem amaverant, tamen Narcissus neminem praeter se amābat.

Ubi nympħa Echo Narcissu in silva vidit, statim iuvenem amāvit. Echo adhuc et corpus et vocem habēbat, sed vōx erat nova. Quod Echo Iunōni, regīnae deōrum, dolō nocuerat, nympħa Iunōni non grāta erat. Iuno dixit «Non sine poenā mihi nocueris». Echo vocem habet sed solum respondēre potest. Verba sola aliōrum reportāre potest, sua verba non habet. Olīm Narcissus cum ceteris iuvenibus animalia fera in silvis et montibus sequitur. Nox appropinquat et formas obscuras in silvā cēlat. «Quis adest?» rogat Narcissus. «Quis adest?» «Adest» respondet Echo; «Veni» clamat Narcissus magnā voce «Veni!» «Veni» respondet Echo et nympħa misera iuvenem superbum brachiis suis



tenēre temptat. «Sta» clamat Narcissus.
«Moriar antequam tibi ero»

«Tibi ero» resonat misera Echo. In pudōre se celat – in silvis, in montibus, in speluncis – usque forma minima est. Vox sola manet; etiam hodie haec vox manet. Si vos in montibus speluncisque erraveritis et «Echo, Echo» clamaveritis, Echo verba vestra resonābit. Narcissus autem potestātem amōris non fugitāvit. Olim in undis fluminis se, iuvenem formosissimum vidit et imaginem sui amāvit. Cum imaginem tangere temptāvit, imāgo fugitāvit. Denique pervidit se imāginem esse. Lacrimis aquas turbāvit. Imāgo iterum fugitāvit; amor corpus

iuvenis devorāvit neque vigor neque color neque forma mansit. «Vale» dixit Narcissus et in ripā fluminis se iacuit. «Vale» «Vale» resonāvit Echo. Sorōres Narcissi corpus iuvenis quem amaverant humāre paravērunt, sed pro corpore solum mansit flos – flōs appellātus Narcissus albis foliis.

2. Вкажіть, чи відповідають речення змісту тексту.

	Речення	Verum	Falsum
1.	Narcissus erat puer superbus.		
2.	Narcissus neminem praeter se amavit.		
3.	Ubi nympha Echo Narcissum vidit, statim iuvenem amavit.		
4.	Aliquando nympha Echo in campo Narcissum vidit.		
5.	Narcissus cum iuvenibus animalia fera in silvis et montibus sequitur.		
6.	Narcissus potestātem amōris fugitāvit.		
7.	«Vale» dixit Narcissus et in ripā fluminis se iacuit.		
8.	Quod Echo Iunoni, reginae deorum, dolo nocuerat, nympha Iunoni non grata erat.		
9.	Flos cum albis foliis Narcissus appellatus est.		



10.	Echo verba aliorum reportare potest, sed sua verba non habet.		
------------	---	--	--

3. Дайте відповіді на питання:

- Quem Narcissus amabat?
- Cur Echo vocem nivam habet?
- Est Echo Iunoni grata?
- Quem Narcissus in flumine vidit?
- Quid mansit pro corpore iuvenis?

4. Заповніть пропуски відповідними словами.

Narcissus est puer ... et Multae ... puerum amabant, nullam ex ... ille amabat. Ipse se solum diligebat et vitam in ... agebat. Nympha ... Narcissum amaverat, sed suum ... puero numquam dicere potuerat. Si Narcissus vocavit «Veni», Echo resonavit «...» Sed ... ad eam non venit. Igitur ... non diu vixit. ... nymphae etiam nunc audimus. Interea ... suam imaginem in ... fluminis vidit. Magno ... sui superabatur. Tempus fugit, ... eodem loco mansit. Amici eum ... non poterant. Ante flumen, ubi ille fuerat, nunc erat Nomen floris cum petalis albis ... est.

5. Вкажіть правильну відповідь:

- a) Narcissus erat ...
 - deus Romanus;
 - puer formosus et superbus ;
 - rex bellicosus.
- b) Narcissum amabant ...
 - viri;
 - omnes homines;
 - multae puellae.
- c) Nympha Echo Narcissum amaverat, sed amorem numquam ...
 - vincere poterat;
 - dicere poterat;
 - celare poterat.
- d) Si Narcissus vocavi «Vale», nympha resonavit:...
 - «Salve»;
 - «Veni»;
 - «Vale».
- e) Nomen floris cum foliis albis est ...
 - narcissus;
 - lilium;
 - rosa.

6. Виконайте граматичний аналіз підкресленого речення.

Латинсько-український словник

А

a (ab) (Abl.) – від
absum, affui, –, abesse – бути відсутнім, бути на відстані
accipio, seri, septum, ěre – отримувати, приймати
accomodo, avi, atum, are – пристосовувати
acer, acris, acre – гострий, суворий, запеклий
Acheron, onis, m – Ахерон
Achilles, is, m – Ахілл
acutus, a, um – гострий
ad (Acc.) – до, у, перед, біля
adduco, duxi, ductum, ěre – приводити, схиляти, притягати
adhuc – досі, донині, все ще
adiuvo, avi, atum, āre – допомагати
admirabilis, e – дивовижний, чудовий
admiratio, onis, f – подив
admodum – дуже, вельми
adoro, avi, atum, āre – шанувати, поважати, поклонятися
adsidue – постійно, безперечно
adsum, affui, –, adesse – бути присутнім
adultera, ae, f – перелюб
adveho, vexi, vectum, ěre – привозити, доставляти
advena, ae, m – прибулець
advenio, veni, ventum, ĩre – приходити, прибувати
adversus, a, um – протилежний, несприятливий
aedificium, ii, n – будівля, споруда
aedifico, avi, atum, āre – будувати, споруджувати
Aegeus, i, m – Егей
Aenea, ae, m – Еней
aeneus, a, um – мідний, бронзовий
Aeolia, ae, f – Еолія
Aeolus, i, m – Еол
aër, aëris, m – повітря
aera, ae, f – ера
Aesculapius, ii, m – Ескулап
Aesopus, i, m – Езоп
aetas, atis, f – життя, вік, пора
aeternus, a, um – вічний
affimo, avi, atum, āre – скріплювати, підтверджувати, підтримувати, запевняти
Africa, ae, f – Африка



Agenor, oris, m – Агенор
ager, agri, m – поле
agnus, i, m – ягня
ago, egi, actum, ěre – робити, діяти, вести, проводити (життя)
agricola, ae, m – землероб, селянин
agricultura, ae, f – землеробство, сільське господарство
ala, ae, f – крило
alarius, ii, m – солдат
alatus, a, um – крилатий
Alba Longa, ae, f – Альба Лонга
Albanus, a, um – албанський
albus, a, um – білий
Alcmena, ae, f – Алкмена
alienus, a, um – чужий
aliquando – колись, одного разу
aliter – інакше
alius ... alius – один ... інший
alius, a, ud – інший, другий
alligo, avi, atum, ěre – прив'язувати, приковувати
alo, alui, alitum, ěre – годувати
alte – високо, глибоко
alter, a, um – другий, інший
altus, a, um – високий, глибокий
alveus, i, m – кошик
amatorius, a, um – любовний, закоханий
ambo, ambae, ambo – обидва
ambulo, avi, atum, ěre – гуляти
amica, ae, f – подруга
amicitia, ae, f – дружба
amicus, a, um – одягнутий, накинутий
amicus, i, m – друг
amo, avi, atum, ěre – любити
amor, oris, m – любов, кохання
Amphion, onis, m – Амфіон
Amulius, ii, m – Амулій
anima, ae, f – душа
animal, alis, n – тварина
animus, i, m – душа, дух, думка, намір
annus, i, m – рік
anser, eris, m – гусак
ante (Acc.) – до, перед
antea – раніше, перед цим
antequam – раніше ніж

antiquitus – здавна
antiquus, a, um – давній, стародавній
antrum, i, n – печера
aper, apri, m – кабан
aperio, perui, partum, ĩre – відкривати, відчиняти
Aphrodita, ae, f – Афродіта
Apollo, onis, m – Аполлон
appareo, ui, –, ěre – з’являтися
appello, avi, atum, āre – називати, кликати
appropinquo, avi, atum, āre – підходити, наближатися
Aprilis, is, m – квітень
apud (Acc.) – у, біля, при
aqua, ae, f – вода
aquila, ae, f – орел
ara, ae, f – вівтар, жертovníк
Arachne, es, f – Арахна
aranea, ae, f – павук
arator, oris, m – орач
arbor, oris, f – дерево
arbor, oris, m – дерево
Arcadia, ae, f – Аркадія
Arcas, Arcadis, m – Аркас
arcus, us, m – дуга, лук
ardeo, si, surus, ěre – горіти, палати
argenteus, a, um – срібний
argentum, i, n – срібло
Ariadna, ae, f – Аріадна
Aristoteles, is, m – Аристотель
arma, orum, n – зброя, обладунки
armatus, a, um – озброєний
aro, avi, atum, āre – орати
artifex, icis, m – ремісник, митець, майстер
artificium, ii, n – ремесло, майстерність, техніка
arvum, i, n – поле, пасовисько
arx, arcis, f – фортеця
ascendo, ndi, nsum, ěre – підніматися
Ascrinius, ii, m – Аскріній
Asia, ae, f – Азія
asinius, a, um – ослячий
asper, a, um – шершавий, суворий, лютий
astronomia, ae, f – астрономія
ater, atra, atrum – чорний, темний
Athenae, arum, f – Афіни



Atheniensis, is, m – афіняни
atque – а також
atrium, ii, n – атрій, вітальня
attamen – однак
Attica, ae, f – Аттика
auctor, oris, m – творець
auctoritas, atis, f – повага, сила, авторитет
audacia, ae, f – відвага, сміливість
audax, acis – сміливий, відважний
audio, ivi, itum, ĩre – слухати, чути
augeo, auxi, auctum, ĩre – збільшувати, примножувати
Augia, ae, m – Авгій
Augustus, i, m – Август
Augustus, i, m – серпень
aureus, a, um – золотий
auris, si, f – вухо
aurum, i, n – золото
autem – а, але
autumnus, i, m – осінь
auxilium, ii, n – допомога, підтримка
avena, ae, f – овес
avido – жадібно
avidus, a, um – жадібний
avis, is, f – птах
avunculus, i, m – дядько по матері
avus, i, m – дід

В

Bacchus, i, m – Вакх
baculum, i, n – палиця, лозина
barba, ae, f – борода
Baucis, Baucudis, f – Бавкіда
beate – щасливо
beatus, a, um – щасливий, блаженний
Bellerophon, ontis, m – Белерофонт
bellum, i, n – війна
benevolentia, ae, f – прихильність, доброзичливість
benignus, a, um – доброзичливий, милий, прихильний
bestia, ae, f – звір
bibo, bibi, –, ĩre – пити
bisextilis, e – високосний
bos, bovis, m – бик

brachium, ii, n – плече, рука
Britannia, ae, f – Британія

С

cado, cecidi, casurus, ěre – падати, гинути
caduceus, i, m – жезл
caducifer, a, um – той, що носить жезл
caelum, i, n – небо
Caesar, aris, m – Цезар
calceus, i, m – чобіток
calco, avi, atum, āre – наступати
callidus, a, um – розумний, спритний. хитрий
Calliope, es, f – Калліопа
Callisto, us, f – Каллісто
calor, oris, m – жар, тепло
campus, i, m – поле, рівнина
candidus, a, um – білий
canis, is, m – собака
canto, avi, atum, āre – співати
cantor, oris, m – співець
